
Complet






INSTITVTIONES LINGVAE HEBRAICAE

In ſex partes diſtributæ.

Quibus

Acceſsit exercitatio Grammatica in IONAM *Prophetam.*

Operâ

GEORGII MAYR è Societate IESV.


מגדל עז שם יהוה



בו ירוץ צדיק ונשגב

AVGVSTAE VINDELICORVM,
apud Chriſtophorum Mangium.

M. DCXVI.



ILLVSTRISSIMO AC REVERENdissimo Domino D. ROBERTO BELLARMINO, S. R. E. Cardinali, &c. Domino suo obseruandissimo.



INstitutionum istarum editionem, Ill.me ac R.me Domine, nemini potiùs, quàm Ill.mæ D.ni V.æ adscribendam, adeoq; inscribendam esse, cùm aliæ me rationes hortantur, tum ipse inprimis sapientissimus Ecclesiastes, dum ait: אל מקום שהנחלים הלכים שם הם שבים ללכת quibus verbis, vt vetustissimus

tatus, ita fidissimus interpres noster animi mei sensa prorsus expressisse videtur; AD LOCVM, VNDE EXEVNT, FLVMINA REVERTVNTVR, VT ITERVM FLVANT. Triginta abhinc annis & ampliùs Illma D.^is V.^æ Institutiones linguæ Hebraicæ lucem aspexerunt, quæ ob perspicuam methodum, nouum eundemq; permirum discendi ardorem in quamplurimorum animis excitarunt, è quorum numero me quoq; fuisse perlibenter fateor. Quod quidem meum desiderium vehementer auctum sensi, cùm aliquot pòst annis, Illma D. V.^a eo tempore, quo Romano Collegio præerat, per literas ad huius linguæ studium prosequendū, & apud alios excitandum me cohortata esset. Atque vtinam ex eo-

dem quasi fonte Hebraicæ doctri-
næ nobis quoq; cætera haurire li-
cuisset, quæ ad pleniorem Gram-
matices cognitionẽ assequendam
ipsa Ill.ma D. V.a data opportunita-
te, tradere statuerat (id enim initio
methodi tum institutæ ratio non
admittebat) præsertim cùm non
ignoraret, in tanta bonorum libro-
rum Hebraicorum inopia, illa ab
omnibus huius linguæ studiosis,
maximè verò à nostris, vehementer
desiderari. Quoniam autem, tem-
poris progressu, nemini non con-
stabat, Ill.mam D. V.tam tam in ipsa So-
cietate, quàm in hac postmodum
imperata sibi sacra purpuratorum
Patrum dignitate longè grauiori-
bus curis in dies impediri, quàm vt
ad hanc operam præstandam redi-
re

re posset, non defuerunt ex nostris, etiam Superiores, qui, vt hunc laborem susciperem, mihi tunc Ingolstadij linguam sanctam profitenti, autores extitere. Quare ex ijs, quæ partim ipse in scriptoribus sacris ac Sante Pagnino obseruaui, partim docendi experientia, Patrumq; nostratium Hebraicè doctorum consilio ad hoc propositũ necessaria vel vtilia fore didici, Institutiones istas in nostrorum potissimum vsum cœpi conscribere. Quam opellam meam Ill.ma D. V. non ingratam fuisse R. P. Hieronymus Brunellus p. m. in Collegio Romano eiusdem sanctæ linguæ tunc Professorem agens, pluribus abhinc annis ad me ex vrbe scripsit: post verò, pro singulari suo in hoc studio-

studiorũ genus amore, ipse quoq; R.^dus admodum P. CLAVDIVS AQVAVIVA Societatis nostræ Præpositus Generalis (cuius memoriam nulla ætas oblitterabit) idem mihi significauit, facultate præterea huius libelli mei excudendi impertita. Quò minus verò hęc prodierit editio, typorum Hebraicorum inopia hactenus impediuit; quam nunc piorum benignitate sublata, AD IOSEVM, hoc est, ad mare magnæ variæq; eruditionis Ill.^mæ D. V. alluuius qualisqualis laboris mei non FLVMINA, sed modici duntaxat riuuli, VNDE EXEVNT (vt enim primũ desiderium meum, ita quicquid inde profectum est, Ill.^mæ D. V.^æ in acceptis referendum existimo) submissæ obseruantiæ ac gratitudinis ergo,

ergo, REVERTVNTVR, VT inde, sacræ benedictionis incremento percepto, ad alios, potissimùm verò ad domesticos φιλεβραίυς nostros, uberiùs ITERVM FLVANT. DEVS OPT. MAX. Ill.mam D. V.am pro totius Ecclesiæ Catholicæ commodo, cui tot iam annis variarum scriptionum monumentis, & quod caput est, laudatissimæ vitæ exemplis, magnopere profuit, quàm diutissimè conseruet incolumem. Augustæ. Vind. 19. Septemb. Anno M.DCXV.

Ill.mæ D. V.æ

humillimus in Christo seruus
Georgius Mayr.

PRAE-

PRAEFATIO AD SANCTÆ LINGVÆ studiosos.

IN tradendis huius linguæ præceptionibus, eam rationem modumq́ tenere conati sumus, ut eius studiosos nihil adeo magnopere (quod quidem ad hoc argumentum spectat) desideraturos, & nunc hæc, nūc illa in diuersis huius generis libris quæritandi permolesto labore ut plurimum leuatum iri confidamus. Cæterùm ut hæc ipsa nostra opera iisdem, præsertim tyronibus, sit utilior, nōnulla capita præmittenda duximus. I. Ac primo quidem non est quòd rerum propositarum multitudine quispiam mox initio terreatur, cùm minimè necessariū sit, eâdē lege ac tempore uniuersa addiscere, & ad verbum memoriæ mandare. Faciendum initium à communioribus, cuiusmodi post legendi rationem cognitam, censentur quæ in secunda parte traduntur (annotationibus maiori profectui

 reser-

reseruatis) itemq; paradigmata 8. Coniugationum verborum Perfectorum, & id genus nonnulla, quæ prudentis Magistri erit pro tempore ac ratione libri, quem explicat, deligere. II. Postquam huius linguæ tyro, ea, quæ diximus, didicerit, & in sacro textu audiendo aliquid intelligere cœperit, ne præproperè ac temerè per varia vagetur, verùm siquid auditū in schola velit addere, Exercitationem nostrā in Ionam Prophetam his Institutionibus adiunctam, in manus sumat, neque desistat, donec ipsam, plenè, quoad eius fieri poterit, intelligat. Interim tempus quoque nonnullum opportunum tribuatur legendis & intelligendis reliquis præceptionibus & annotationibus, quæ in quinque partibus continentur, quas sibi quisque paulatim, quoad sensum, ita notas ac familiares reddere conetur; ut saltem nôrit, quibus in locis qualibet res quærenda sit, siquando eius notitia usus ue necessarius fuerit. Taceo, quòd felicioribus ingenijs etiam aliud quasi agentibus multa solo libri usu, inhærescere soleant. Quod ad Poësin attinet, illa in eorū duntaxat gratiam conscripta est, quibus ingenium tempusq; eiusmodi exercitationem concesserit.

cesserit. Cùm enim ea ad Grammatici operis integritatem doctis viris pertinere videatur, nequaquam à nobis prætermittenda fuit. III. Ionâ nostro probè cognito, certum sibi quisque S. scripturæ librum deligat (neque enim præter scripturam magni momenti Hebraicè quidquam extat) cui intelligendo seriò ac constanter nauet operam. Vt autem tutior & solidior laboris fructus existat, præstantem aliquem & Hebraicè doctum Vulgatæq; editionis studiosum illius libri sacri Commentarium adiungat; ex quo simul & sanctæ linguæ & Catholici sensus intelligentiam doctrinamq; hauriat. Inde progressus fiat ad alios scripturæ libros Hebraicos, annotenturq; selectiores voces, phrases & Idiotismi, &c. quorum cognitio in posterum usui esse possit. IV. Ad extremum, quamuis apud Catholicos totius Hebraici studij potissimus & fere unicus sit scopus sacrorum librorum recta intelligentia, & vulgatæ editionis defensio, cui tamen à grauioribus occupationibus literarijs plus otij fuerit, ne ille cùm regularum Grammaticarum, tum sacræ linguæ retinendæ ac perficiendæ haud vulgare compendium sese habiturum nouerit, si discendi modo, de quo

nunc

nunc egimus, nonnullam quoque styli Hebraici exercitationem adiunxerit, concipiendo primùm ex iam auditis, vel lectis ac probè intellectis scripturæ locis themata seu sententiolas Latinas, quas Hebraicè transferat. Atque hoc studij genere aliquandiu utiliter continuato, nonnullaq́; (ut paulò antè dictũ) vocum phrasiumq́; Hebraicarum supellectili comparata, operæpretium fuerit aliquantò longiores etiam istiusmodi scriptiones Latinas Hebraicè vertendas suscipere. Styli enim exercendi usus in hac lingua non adeo magna necessitas apparet, non minor tamen, quàm in alijs, utilitas omnino censenda est. Quam ob causam in his ipsis Institutionibus nonnulla fusiùs proponenda duximus, quæ alioqui, cæterorum more, qui hæc tractant, breuiter attigissemus. Hæc fere sunt, de quibus huius linguæ studiosos præmonendos existimauimus. Deus Opt. Max. ut aliarum linguarũ, ita etiam huius Sanctæ cognitionem ad sui nominis maiorem gloriam, & Ecclesiæ Catholicæ utilitatem in dies magis, ut cœpit, secundet atq; amplificet.

FACVL-

FACVLTAS R. P. PROvincialis Superioris Germaniæ Societatis IESV.

Sacra Cæs. Maiestatis autoritate ac priuilegio nostræ Societati pro libris edendis 20. Sept. Anno 1612. Pragæ concesso, Ego Melchior Härtelius *Soc.* IESV *per superiorem Germaniam Præpositus Prouincialis, honesto viro Christophoro Mangio Typographo Augustano potestatem facio excudendi Institutiones linguæ Hebraicæ operâ* P. Georgij Mayr *eiusdẽ Societatis nostræ conscriptas, unà cum Exercitatione Grammatica in Ionam Prophetam, &c. In cuius rei fidem hoc ei testimonium manu mea subscriptum, & sigillo munitum dare volui. Augustæ Vind. 24. Aprilis Anno 1616.*

Melchior Härtelius.

CAPITA

CAPITA
SINGVLARVM PARTIVM.
PARTIS PRIMÆ
De ratione legendi & pronuntiandi

CAPVT I. *De Literis.* pag. 1
II. De punctis, quæ vocalium loco sunt apud Hebræos. 6
III. De punctis breuissimis. 11
IV. De Dagesch. 16
V. De literis Quiescentibus & Mappic. 21
VI. De Accentibus. 24

PARTIS SECVNDÆ
De Nomine

CAP. *I. De Genere.* 29
II. De Numero. 31
III. De casibus siue Declinatione. 34
IV. De statu absoluto & Regimine. 38
V. De variis nominum formis, seu diuisionibus. 41
VI. De Pronomine. 46

PARTIS TERTIÆ
De Verbo

CAP. *I. De iis, quæ verbo accidunt.* 55
II. De Coniugatione Kal. 60
III. De Coniugatione Niphal. 71
IV. De Coniugatione Piel. 75
V. De Coniugatione Pual. 78
VI. De Coniugatione Poël. 80

A iii

VII. De

VII. De Coniugatione Hiphil. 81
VIII. De Coniugatione Hophal. 85
IX. De Coniugatione Hithpaël. 87
X. De Quiescentibus Pe Aleph. 93
XI. De Quiescentibus Pe Iod. 97
XII. De Quiescentibus Ajin Vau, vel Iod. 104
XIII. De Quiescentibus Lamed Aleph. 117
XIV. De Quiescentibus Lamed He. 122
XV. De prima & secunda forma Defectiuorum, id est, Pe Iod, & Pe Nun. 140
XVI. De defectiuis Ajin, id est, in secunda Radicis, siue de duplicantibus Ajin. 146
XVII. De prima forma Compositorum, ex Quiescentibus Pe Aleph, & Lamed He. 158
XVIII. De secunda forma Compositorum, ex Quiescentibus Pe Iod, & Lamed Aleph. 162
XIX. De tertia forma Compositorum, ex Quiescentibus Pe Iod, & Lamed He. 165
XX. De quarta forma Compositorum, ex defectiuis Pe Nun, & quiescentibus Lamed Aleph. 167
XXI. De quinta forma Compositorum, ex defectiuis Pe Nun, & Quiescentibus Lamed He. 170
XXII. De verbis quatuor, aut quinque literarum. 176

PARTIS QVARTÆ

De Dictione, & quibusdam communibus partium orationis attributis

CAP. I. De Aduerbio. 180
II. De Præpositione, Coniunctione & Interiectione. 183
III. De affixis Nominum, & simul alijs causis puncta eorum mutantibus. 185

IV. *De affixis verborum.* 218
V. *De affixis Dictionum.* 233
VI. *De literis seruilibus.* 238
VII. *De literis paragogicis.* 249
VIII. *De permutatione literarum & punctorum.* 251
IX. *De ijs, quæ ad pleniorem accentuum cognitionem spectant.* 264
X. *De scribendi consuetudine, & literis, ut vocant Currentibus.* 275
XI. *De notis Arithmeticis, Nominibus Numeralibus, & mensibus Hebræorum.* 283
XII. *De inuestigatione thematum seu Radicum.* 303

PARTIS QVINTÆ

De Syntaxi

CAPVT I. *De Constructione Nominum.* 307
II. *De Constructione Verborum.* 317
III. *De Constructione Dictionum.* 327
IV. *De Constructione Figurata.* 335

PARTIS SEXTÆ

De Poësi Hebræorum

CAPVT I. *De syllabis ac pedibus.* 343
II. *De quibusdam versuum appellationibus, Rhythmo versuum, & eius locis.* 345
III. *De Carmine simplici & composito.* 351
IV. *De figuris versuum Hebraicorum, eorum coniunctione, & cæsura.* 358



INSTITVTIONVM HEBRAICARVM

PARS PRIMA.

DE RATIONE LEGENDI ET PRONVNCIANDI.

CAPVT I.

De Literis.

LIteræ Hebræorum, quas ipſi אותיות appellant, (ab אות *ſignum, litera*) viginti duæ recenſentur, omneſque ſunt conſonantes. Earum numerum, & ordinem (qui ex Threnis Hieremiæ, alijſque id genus Alphabeticis ſcripturæ locis colligitur) nec non figuras, nomina, poteſtatem ſiue ſonum, ſubiecta tabula indicabit.

Figura.	Nomen.	Poteſtas.
א	*Aleph.* אָלֶף	*Spiritus tenuis Graecorum.*
ב	*Beth.* בֵּית	*β Graecorum vel* bh, *vel* v *conſonans.*
ג	*Gimel.* גִּימֶל	gh
ד	*Daleth.* דָּלֶת	dh.
ה	*He.* הֵא	h.
ו	*Vau.* וָו	v. *conſonans.*
ז	*Zain.* זַיִן	z.
ח	*Cheth.* חֵית	*Aſpiratio denſior, quam nunc plerique inſtar* ch *ſeu χ Graecorum pronunciant.*
ט	*Teth.* טֵית	t.
י	*Iod.* יוֹד	j. *conſonans.*
כ ך	*Caph.* כַּף	ch.

Figura.	Nomen.	Poteſtas.
ל	*Lamed.* לָמֶד	l.
ם מ	*Mem.* מֵם	m.
ן נ	*Nun.* נוּן	n.
ס	*Samech.* סָמֶךְ	ſ.
ע	*Ajin.* עַיִן	*Aſpiratio fuit denſiſſima, quam alij ut* ch, *alij ut* gh, *alij aliter pronunciant, plerique nunc ſono ab* א *non diſcriminant.*
ף פ	*Pe.* פֵּא	ph.
ץ צ	*Tſade.* צָדֵי	ts.
ק	*Koph.* קוֹף	k. c. *quidam ut* q *proferendum putant.*
ר	*Reſch.* רֵישׁ	r.
שׂ שׁ	*Schin.* שִׁין	*Cum puncto in dextro latere ſonat ut* ſc. *vel* ſch. *In ſiniſtro, nō differt nūc (à* ס.
ת	*Thau.* תָּו	th.

I. Quinque literæ, nimirum Caph, Mem, Nun, Pe, Tſade, dupliciter ſcribuntur. Sic figuratę, צ, פ, נ, מ, כ, in principio, & medio dictionis ponuntur. Hoc autem modo, ץ, ף, ן, ם, ך, tantùm in fine, exceptis pauciſſimis ſcripturæ locis, qui nonnullis corrupti videntur.

II. Literæ ſecundùm pronunciationis organa diuiduntur in quinque Ordines, Vt

Gutturis,	א,ה,ח,ע	*Hæ, ſubintellectis*	*Ahecha.*
Palati,	ג,י,כ,ק	*pũctis, vo-*	*Gichak.*
Linguæ,	ד,ט,ל,נ,ת	*cantur li-*	*Datlenath.*
Dentium,	ז,ס,צ,ר,ש	*teræ,*	*Zastſeraſch.*
Labiorum,	ב,ו,מ,ף		*Bumaph,*

licet hæc vocabula aliàs nihil ſignificent, ſed tantùm memoriæ iuuandæ cauſâ excogitata ſint.

ANNOTATIO.

Hebræi ante captam Ieroſolymam, & templi inſtaurationem ſub Zorobabel, alijs utebantur Characteribus, quorum tamen uſus, aut memoria nulla iam ſupereſt.

Has verò literarum figuras, quæ iam propoſitæ ſunt, Eſdras ſcriba inuenit, Vtriuſque teſtis

testis est D. Hieronymus, in Prologo Galeato, qui etiã in cõment. ad c. 9. Ezech. docet, literam ת, olim crucis figuram expressisse. Atque his ipsis Alphabeti literis (quæ nunc propriè Hebraicæ sunt, & vocari debent) sacra Biblia iam scripta, & impressa habentur. Nam quæ à Iudæis vulgò usurpantur, aliæ sunt, & à veris Hebraicis figurâ diuersæ. Aliter enim Itali, aliter Hispani, aliter Germani, suas vulgares literas (quas Currentes appellant) efformare solent. Earum, quæ communiores habentur, figura & paradigma ponetur parte 4. cap. 10. Denique de literarum Hebraicarum usu seu officio, quo in numeris seu notis arithmeticis funguntur, commodius agemus parte 4. c. 11.

Cæterùm omittendæ videbantur in Alphabeto nominum litteris impositorum significationes, quòd hisce figuris, quibus nunc formantur literæ, non satis sint accommodatæ: nec dubium, quin litteræ priùs sua nomina, quàm istas figuras habuerint, quamuis non negandũ, significantia esse; unde prima א designat principiũ, ultima ת terminũ. Sed quare qualibet aliarum tali vel tali nomine appelletur, non est facile diuinare.

CAPVT II.

De Punctis, quæ Vocalium loco sunt apud Hebræos.

Puncta (נְקֻדוֹת seu תְנוּעוֹת) tredecim numerantur ab Hebræis; Quinque longa, totidem breuia; Tria, quæ breuissima vocantur. Iam agemus de longis, & breuibus seruato ordine Latinarum vocalium, a, e, i, o, u.

Longa.			Breuia.		
Fig.	Nomen.	Potestas.	Fig.	Nom.	Potest.
ָ	*Kamets.* קָמֶץ	a.	ַ	*Patach.* פַּתַח	a.
ֵ	*Tsere.* צֵרִי	e.	ֶ	*Segol.* סֶגוֹל	e.
ִי	*Chiric magnum.* חִירִיק גָּדוֹל	i.	ִ	*Chiric paruũ.* חִירִיק קָטֹן	i.
וֹ	*Cholem.* חוֹלֶם	o.	ֳ	*Camets Chateph.* קָמֶץ חָטֵף	o.
וּ	*Schurec.* שׁוּרֶק	u.	ֻ	*Kibbuts.* קִבּוּץ	u.

ANNOTATIO.

Porro puncta hæc non modò quantitate, sed pleraq; etiam sono differre volūt. Vnde Camets dictū à קמץ collegit, quod ore collecto proferatur, sono quodā medio inter a, & o. Patach autē à פתח aperuit, quòd ore aperto clarißimè pronūciatur, planè ut a Latinum. Tsere à verbo צרר coarctauit, quòd aliquatenus oris indigeat contractione, dum Segol (quod dicitur à סגולא Chaldaico, botrumq; significat, cuius figuram imitatur) amet oris dilatationem. Schurec nomen habet à schilo, nempe שרק, idem est quod sibilare, quia pronunciatur ut u Latinum: Kibbuts verò collectis labijs, ut u Gallicum, unde à קבץ quod est congregauit, nomen habet. Chiric utrinque à stridore dicitur, sed in modo soni nullū discrimen percipitur. Sicuti nec inter cholem & camets catuph, quamuis differentiam olim fuisse ipsa nomina innuant. Cholem enim crassius quiddam ac spissius indicat à חלם quasi o plenum ac perfectum sonet, cum tamen alterum non nihil ad Camets accesserit. Sed in his & similibus non est scrupulosius immorandum.

Quem locum, situmue singula puncta consonantibus addita requirat, & quo pacto cum iisdem syllabam efficiant, subiecta tria exempla omnium facillimè docebunt. Idem enim in aliis obseruandum.

va va ve ve vi vi vo vo vu vu

בַ בָ בֶ בֵ בִ בִי בֹ בוֹ בֻ בוּ

Da da de de di di do do du du

דַ דָ דֶ דֵ דִ דִי דֹ דוֹ דֻ דוּ

Ha ha he he hi hi ho ho hu hu

הַ הָ הֶ הֵ הִ הִי הֹ הוֹ הֻ הוּ

ANNOTATIO.

I. *Veteres Hebræi vocalium loco utebantur quatuor istis literis א ה ו י, quæ quemadmodum modo consonantium munere fungebantur, modò vocalium; & quidem non singulæ singularum, sed una eademque plurium, ut א a & e, ו o, & u, י i, item hæ ipsæ literæ non rarò subintelligebantur; tandem ad ambiguitatem & difficultatem lectionis tollendam excogitata sunt puncta, vocalium loco usurpanda. Et quamuis nonnulli contendant Biblia Hebraica ab ipso Mose, vel certè ab aliquo alio præstanti Legis Diuinæ Doctore ante Christi aduentū punctulis, accentibusque distincta fuisse, certior tamē ac verior est sententia*

tarum, qui asserunt non ita post Christum, & quidem circiter annum 500. puncta hæc à Iudæorum Rabbinis, qui Masorethæ vocantur, excogitata & Biblijs apposita fuisse apud Tiberiadem Palestinæ: quæ de re inter alios legendus R. P. Nicolaus Serarius in prolegom. Biblicis c. 4. quæst. 5.

II. In literarum pronunciatione prius auditur litera, quàm punctum literæ. Non enim dicimus ל al, sed la, ma, & sic de cæteris. Excipiuntur tamen ח & ה (modò ה habeat punctum intra, vel insuper se ה, de quo postea) quando in fine dictionis sub se patach habent. Tunc enim prius auditur punctum, quàm litera, ut מָשִׁיחַ Maschiach, Messias, non Maschicha. אֱלוֹהַּ Eloah, Deus, non Eloha. Excipitur etiam ע ab ijs, qui illud per chgh, vel nescio quo alio sono pronunciandum putant. Legunt enim יָדוּעַ Iodeach, sciens; שֹׁמֵעַ schomeagh, audiens, &c. Alij, qui ע perinde mutum esse volunt, acquiescunt ei diuersum à vocali sua sonum tribuunt, pronunciantque illa vocabula, Iodéa schoméa. Sic יְהוֹשֻׁעַ Iehoschua, Iesus. Illud autem patach hic tribus literis ע ה ח in fine subiectum, vocatur Patach furtiuum, seu furatiuum, seu necessitatis, eò quòd licet

non sit de essentialibus illarum nominum, necessariò tamen, quamvis alienum, addetur, ut literæ illæ ex gutture pronunciari possint. Atque hoc patach suffurativum literæ ה ח & ע in fine positæ semper requirunt, nisi præcedat Camets, aut Patach, ut שָׁלַח *misit.* שָׁמַע *audiuit.* רוּחַ *ventus.*

III. Cholem dupliciter notatur: uno modo cum litera ו*, ut* הוֹ *ho,* בוֹ *vo. altero sine Vau, & tunc ponitur supra consonantem (cum qua syllabam constituit) non in medio, sed ad latus sinistrum hoc modo* הֹ*,* יֹ*,* בֹ*. Hinc compendij causa unum idemque punctum dextrum in* ש*, non tantum sonat Sch, sed etiam sæpe pro cholem prioris literæ accipitur, ut* משֶׁה *Mosche Moses pro* מוֹשֶׁה*.* יֹשֵׁב *pro* יוֹשֵׁב *ioschev, sedens.*

IIII. Camets cateph (quamquam camets chateph dicitur) sæpissimè sine duobus punctis scribitur ָ*, & tunc figura non differt à Camets puncto longo. Ut ergo unum ab altero discernas, has regulas notabis.*

PRIMA, *si post se non habeat accentum Rhetoricum, & in eo sequatur scheva aut dagesch, est Camets Catepli, ut* חָכְמָה *chochma, sapientia, non chachema.* קָרְבָּן *korban, munus, oblatio, non Karban.* וַיָּקָם *uaiiakom, non*

rana. *Hic tamē accentus Rhetoricus non semper ponitur, sed sæpè ex communibus nominū verborūq; paradigmatis subintelligendus est, ut* devarecha, verbum tuū, *nō* devorcha, lamedu, didicerūt, *non* lomdu. Secunda *si post* ־ *sequatur linea* ־ *Maccaph,* *modo ipsam lineam non præcedat* *vel* *est cametz cateph,* ... *col erets, omnis terra, non cal erets.* Tertia, *in finibus verborum si præcedat accentus, est etiam cametz cateph* Vaijacom, & surrexit, *non* Vaijacam. *Alias semper est Cametz. Cæterùm quid accentus ille sit Rhetoricus, quid schewa, dagesch, & maccaph, ex sequentibus capitibus intelligetur.*

CAPVT III.

De punctis breuissimis.

Breuissima puncta sunt Schewa, Chateph patach, & Cateph segol.

Schewa, שְׁוָא, cōstat ex duobus punctulis, quorum unum alteri perpendiculariter superimponitur hoc modo : quod quidem interdum sonat, interdum quiescit.

Quan-

Quando quiescit, nullum sonum edit, nec syllabam propriam, more aliorum punctorum, constituit, sed tantùm trahit literam sibi superimpositam, ad præcedentem syllabam, vt cum dicimus הָלַךְ *ha-lách, ambulauit*, scheua trahit ך ad ל.

Quando sonat, ac mobile est, idem valet quod e breuissimum, & more aliorũ punctorũ cum sua cõsonante syllabam efficit, vt לְמוֹד *lemod, disce*. מְלוֹךְ *melóch, regna*.

Vt autẽ intelligas, quando scheua quiescat, & quãdo sonet, has Regulas obserua.

I. Scheua in principio dictionis semper pronunciatur לְמוֹד *lemod, disce*. מְלוֹךְ *melóch, regna*.

II. In medio pronunciatur:
- Sub litera immediatè geminata, si quidem sub priore sit, vt הַלְלוּ *halelú, laudate*.
- Sub litera habente punctum in ventre, quod dagesch vocant (de quo sequente capite) לִמְּדוּ *limmedú, docere*. [illegible]
- Post alterũ scheua [illegible] *ilmedú*, [illegible]
- Post longam vocalẽ carentẽ accẽtu Grammatico, vt לָמְדוּ *lamedú, didicerunt*, [illegible] enim Rhetoricũ habet, de quo inf.

III. In fine semper quiescit, siue vnum sit, vt הָלַךְ *halech, ambulauit*: siue duo, etiam presente dagesch, vt יֵשְׁתְּ iescht, *bibet*, קֹשְׁטְ *koscht, veritas, firmitas*. יֵבְךְ *ieuch, flebit*. Non halache, ieschete, koschete, ieveche.

CATEPH PATACH, חֲטַף פַּתָּח, constat ex patach & scheua, ֲ & sonat a breuissimum.

CHATEPH SEGOL, חֲטַף סֶגוֹל, constat ex segol, & scheua ֱ, & sonat itidem e breuissimum; vtrumque vocatur scheua compositum: primum autem dicitur simplex.

ANNOTAT.

I. Scena videtur dici à שׁוּב, redire, *quia literam suam ad praecedentem seu literam, seu punctum trahit, & quodammodo redire facit, dum quiescit. Vnde omnis litera in fine dictionis (exceptis quiescentibus* אהוי *) si nullum habeat punctum, censetur habere scheua, licet non reperiatur in fine expressum, nisi sub* בגד כפת, *quando habent dagesch lene: quod scheua tum demum apparet, cum quippiam adiungitur, ut* פָּקַד *visitauit*

strauit, פָּקַדְתְּ visitasti. *Inuenitur tamē etiā hoc scheua finale in ךְ licet non habeat dagesch lene ut* דֶּרֶךְ via, *& in tribus alijs dictionibus* יֵשְׁטְ declinabit, קֹשְׁטְ firmitas, וַיַּשְׁקְ & potū dedit, *quæ ultimam litteris* ת *&* כ *cognatam habent.*

II. Si Scheua posteriori ex geminatis litteris subscribatur, secunda regula locum non habet. Nam רוֹמַמְתֶּם exaltastis, *pronunciamus* romamtem, *non* romametem. *Nec itidem locū habet, si longa vocalis notetur accentu Grammatico, dicimus enim* לִמְדוּנָה lemodna, discite, *non* lemodena.

III. Cum post scheua sequitur littera gutturalis, docent quidem plerique ipsum scheua debere proferri, ad eum fere modū, quo profertur punctum subiectum litteræ gutturali; &, si adsit accentus, qui dicitur gaaia, proferendum plane eodem modo, ut תְחִי tichi viuet, *non* techi. *Et idem dicendum de scheua posito ante iod sine chiric: ut* בְּיַד bijad, in manu, *non* beiad: *alij tamen hæc & similia sine dispendio negligunt.*

IIII. Vtrumque scheua compositum peculiariter literis gutturalibus א, ה, ח, ע, *loco simplicis scheua, subijcitur. Vbi enim aliæ consonantes*

tes scheua simplex possidere solent, ibi guttura-les, ut faciliùs proferantur, scheua compositum requirunt, non tamen sine discrimine. Vtrum autem eorum ponendum sit, ex usu potius, quàm regulis discendum est. Nonnunquam tamen Catheph patach, sub alijs quoque litteris, quæ gutturales non sunt, inuenitur. Vt sub geminatis, גָּלְלוּ revoluerunt, רְבָבוֹת myriades, *Itẽ sub* ר *ut,* וְהִתְבָּרְכוּ & benedicentur. *Similiter post accentum Rhetoricam, ut,* אֲמָרוֹת eloquia.

V. Solet tamen etiam scheua simplex gutturalibus subijci, idque hisce de causis. 1. si præcedat accentus Grammaticus, ut שָׁלַחְנוּ misimus. *2. si præcedat chiric sub litera seruili, ut* יִהְיֶה eris. תִּחְיֶה viues. *3. si Patach aut Segol excidat ob euphoniam, aut pronunciandi seu facilitatem seu celeritatẽ, ut* יַחְפֹּץ volet, *pro* יַחֲפֹץ נֶאְדָּר magnificus, *pro* נֶאֱדָר. *Qua ratio valet etiam in pluribus alijs. Dicimus enim* לֵאמוֹר ad dicendũ, *pro* לֶאֱמוֹר. *itẽ* נֵרְדְּ nardus, חֵטְא peccatum, קֹשְׁטְ veritas, שָׁוְא mendaciũ, vanitas, *in quibus sub penultimis litteris ponitur scheua pro segol, & fiunt nomina monosyllaba.*

CAPVT

CAPVT IV,

De Dagesch.

I. דָּגֵשׁ Dagesch (nomen artis, cuius propria significatio ignorari perhibetur) est punctum in medio literæ positum hoc modo, בּ, quod etsi vocalis munere, vt superiora, non fungatur, ipsam tamen pronunciationem non parum adiuuat. Est autem duplex Dagesch, Forte & Lene. Forte duplicat literam, in qua positum est, vt לַמְּדוּ *limmedu, docete*, שִׁלַּח schillach, dimisit. Et locum habere potest in omnibus literis exceptis gutturalibus, & ר, etsi א & ר, in paucissimis scripturæ locis etiam reperiantur cum Dagesch.

Lene, literæ suę aspirationem tollit, & idcirco ipsius pronunciationem nonnihil roborat. Reperitur autem solum in sex literis, quas hæc duo nomina בֶּגֶד כֶּפֶת continent. Sed paucis, quomodo hæ sex literæ cum dagesch, & sine dagesch scriptæ proferantur, ostendamus.

בּ	Cum Dagesch, sonat	b.	ב	Sine Dagesch, sonat	bh.
גּ		g.	ג		gh.
דּ		d.	ד		dh.
כּ		c.	כ		ch.
פּ		p.	פ		ph.
תּ		t.	ת		th.

Cæterùm quia hæ literæ בגד כפת etiam dagesch forte recipere possunt, ad discernendum vtrumque vnam obserua Regulam.

Initio dictionis est dagesch lene, itemq; in medio, & fine post scheua quiescens, vt in תִּזְכֹּר *recordaberis*, vtrumque est lene. in דִּבַּרְתְּ *dixisti*, primũ & vltimũ est lene, medium verò forte. In alijs quibuscunque locis semper est forte, דִּבֶּר *Dibber, locutus est.* נִשֵּׁךְ *nischschech, momordit.* לַמֵּד *lammed, doce.*

ANNOTATIO.

I. *Ratio, cur dagesch forte insigatur, multiplex assignatur. 1. ad supplendum defectum literæ* נ *in coniugatione Niphal, in defectivis pe nun, in verbo* נָתַן dedit, *& in nominibus inde deriuatis, vt* מַטָּרָה custodia. מַתָּנָה donum.

num. *Sic etiam in præpositione* מִן *Nun plerumque per dagesch compensatur. 2. ad supplendum defectum literæ geminatæ in duplicantibus ajin, & nominibus inde profectis, ut* זִמָּה cogitatio, scelus. חִתָּה pauor. *Et ad supplendum defectum literæ* ה, *in verbis quæ habent tertiam radicalem* ה. *& quando in hithpael* ת *esset geminandum, uel cum similis soni literis coniungendum, ut* הִטַּהֵר mundauit se *pro* הִתְטַהֵר. *3. ad ostendendam coniugationis grauitatem in Piel, Pual & Hithpael. 4. In nominibus quorum prima breuis, secunda longa, ponitur dagesch in secunda litera post* ִ, ַ, *si quidem eius capax sit, ut* צַדִּיק iustus. גִּבּוֹר præualidus. סַבָּל onus. *5. post* ה *demonstratiuum & conuersiuum, & ש relatiuum, de quibus plura suo loco. Demum & nonnunquam euphoniæ causa.*

II. Cum puncto Dagesch nonnulli coniungunt Raphe. Est a. Raphe lineola transuersa literæ imposita hoc modo בֿ, דֿ, *qua ostendebatur has literas* בגד כפת *cum sua aspiratione pronunciandas esse, ut* נֶפֶשׁ, nephesch, anima, *non* nepesch. בָּבֶל Babhel, *non* Babel. *Verum cum absente dagesch hanc aspirationem his literis*

teris semper deberi quisque per se facilè intelligat, vix ullis in libris amplius exprimitur, & à Grammaticis non incommodè prætermittitur.

Regula Orthographica de ponendo Dagesch in literis.

PRIMA. *Literæ* בגד כפת *initio dictionis requirunt Dagesch,* פָּקַד visitauit, בַּיִת domus, *nisi litera præcedens fuerit una ex quiescentibus* אהוי. *Quatuor tamen in locis, etiam præcedente una ex quiescentibus, illæ sex literæ initio dictionis Dagesch habere possunt. 1. si litera quiescens non quiescat eo loco* אָבִיו דָּרַשׁ pater eius interrogauit. *2. Si quiescens habeat unum ex accentibus regibus præsertim distinguentibus, (de quibus infrà suo loco) ut* לְבָנָה וְכֹּכָבִים luna, stella. *3. Si* ה *terminet dictionem, & sequatur alia vox incipiens ab una ex literis* בגד כפת *monosyllaba, ut* נִשְׂבְּעָה בּוֹ sufflauit in eum, *aut accentum habens in penultima, ut* וְזָבַחְתָּ פֶּסַח sacrificasti Pascha. *4. Si Maccaph coniungit literam* ה *dictionis monosyllabæ dum dictione incipiente ab una ex literis* בגד כפת *ut* מַה־בֶּצַע nonque cupiditas. *Aut contrà, id est si dicti-*

onem monosyllabam incipientem ab una ex literis בגד כפת, precedat dictio finita in ה cum Maccaph: צְפֵה־בִּי respiciet in me.

II. SECVNDA. Post punctum breue cuiuscunque literæ plerunque ponitur dagesch aut scheua. וּלְבָבוֹ cor eius, שִׁמְרוּ custodite, וּנְרוֹמְמָה vnromema, & exaltemus (nam ׃ breue est, cùm tantùm ponatur loco ֶ, ne scilicet duo scheuaim concurrant) nisi illa breuis accentum habeat, ut in שֶׁבֶת habitare: aut sit camets chateph (maximè descendens ex cholem) קָדָשִׁים sanctitates. item, si post chiric breue sequatur iod, facilius dicitur in Iod esse mappic, quàm dagesch. ut צִיּוֹן Sion.

III. Post punctum longum non est Dagesch, ut עָמָל labor, nisi adsit accentus, ut לָמָּה quare. סֹבּוּ circumdate, & in perpaucis alijs ut הֻכָּה percussus est. לְיַסֵּד ad fundandum.

IIII. Literæ בגד כפת post scheua quiescens plerumque dagesch habent. כִּסּוּתוֹ vestis eius. לְפָנַי coram me. Excipe מַלְכוּת regnum, עַבְדִּי serui, & quædam alia usu discenda.

V. Post scheua mobile, & reliqua duo puncta breuissima nunquam ponitur Dagesch מְלָכִים Reges, עֲבָדַי serui, אֲכָלוּ comede.

niedet *Inanniis tamen vocabulo* שְׁנַיִם, שְׁתַּיִם duo, *post scheua mobile reperitur Dagesch.*

CAPVT V.

De Literis quiescentibus & Mappic.

Quatuor literæ, quæ nomine אהוי continentur, quiescentes, נָחוֹת, vocantur, quia proprio puncto vocali destitutæ nullum sonum auribus exhibent, sed in præcedenti puncto quiescunt. Et quidem א post vocales longas, vt בָּרָא *bara, creauit.* כְּמַא *soliū*, נָבִיא *propheta*, &c. & interdū etiā post breues, vt וַאדֹנָי *& Dominus.* פֶּרֶא *onager.*

ה quiescit in fine dictionis in ָ ֵ ֶ ֹ, vt מַלְכָּה *malca, regina.* אַרְיֵה *leo.* גְּלֹה *migrare* seu *migrando.* Interdum etiam in breuibus, vt מָה *ma, quid?* פֶּה *pe, os, oris.*

ו Quiescit in cholē vt לוֹ *lo, illi*, & in schurec, vt לוּ *lu, utinam.*

י quiescit in ִ ֵ, chiric & ֶ, vt דְּבָרֶיךָ *deuarau, verba tua.* דִּבְרֵי *dibbre, verba.* בִּין *bin, intelligere.* אַחֶיךָ *achecha, fratres tui.*

ו & י in fine cum quibusdam punctis in

vnam diphthongum coalescunt. ו quidem post ָ, ַ, ֵ, & chiriq, vt דְּבָרָיו devarau, קָו kau, linea, שָׁלֵו schaleu, quietus, opulentus. פִּיו piu, os eius. Iod autem post ָ, ַ, ו & ו, vt אֲדֹנָי Adonai, Dominus. דְּבָרַי verba mea. vtrumque trisyllabum. גּוֹי goi, gens, monosyllabum, בָּנוּי banui, ædificatus, dissyllabum. Quin & in medio post ָ & ַ in diphthongum transit, vt בַּיְתָה baitha, intrinsecus, לַיְלָה laila, nox, nisi post jod sequatur ו coalescens cum puncto præcedente, vt פָּנָיו panau, facies eius, ne ex tribus vna diphthongus fiat.

ANNOTATIO.

I. He literæ אהוי *idcirco quiescunt, interdum, quòd ijs olim Hebræi (ut diximus cap. 2.) loco vocalium utebantur; quo munere post inuenta puncta ampliùs fungi non possunt. Sunt tamen etiamnum necessariæ ad longarũ vocalium pronunciationẽ, ideoq́; semper vel actu vel potestate adesse dicuntur. Hinc in illa sententia, Exo. 20. 4.* לֹא תַעֲשֶׂה לְךָ פֶסֶל non facias tibi sculptile, *illud* פ *non habet dagesch lene, quia præcedit* ה *virtute contentum in camets dictionis*

הָךְ: Idipsum in alijs id genus locis, scilicet literæ בגד כפת, contra regulam primam, sine dagesch in initio carent, obseruandum erit. Quin etiam eædem quiescentes, saltem ה, in fine dictionum positæ efficiunt, ut aliæ quoque literæ, præter בגד כפת initio dictionum, dagesch nonnunquam admittant siue eæ cum præcedente per Maccaph coniungantur, siue non, ut Gen. 30. 1. הָבָה־לִּי da mihi. Ps. 91. 10. יְצַוֶּה־לָּךְ mandabit de te. Gen. 35. 3. וְאֶעֱשֶׂה־שָּׁם & faciam ibi, &c. Is. 58. 3. לָמָּה צַּמְנוּ quare ieiunauimus? Gen. 28. 22. לָמָּה זֶּה אָנֹכִי vt quid ego? Porro in his & similibus scripturæ locis (licet codices in hoc dagesch ponendo inter se varient) cum literæ ש, צ, ל, ז, &c. non sint ex בגד כפת, dicendum est hoc dagesch esse forte, & priorem partem ex literis ita duplicatis trahi ad præcedens vocabulum, & ex utroque quasi unum integrum conflari, quod neque in alijs linguis insolens est. Hinc usitatissimè & rectissimè dicitur Osanna, licet Ps. 117. ex quo desumptum est, scribatur הוֹשִׁיעָה נָּא, salua quæso: de quo legendus S. Hieron. epistola 145.

11. Quoniam ה & י, sonant nonnunquam, ubi tamen ex regulis datis videntur quiescere, idcirco

idcirco solet ijs tum punctulū quoddam infigi, quod vocatur Mappic, id est, eductor, *quòd harum literarum sonū educat. in* ה *quidem inuenitur in affixis generis fœminini, ut* בְּנָהּ benah filius eius, *in nomine* אֱלוֹהַּ Deus, *item in hisce verbis* גָּבַהּ eleuauit se, superbiuit נָגַהּ splenduit, תָּמַהּ admiratus est, *quibus adiungunt* כָּמַהּ desiderauit, *ex Ps. 63. u. 2. ubi tamē 70. legerūt* כַּמָּה, *id est*, quā multipliciter, quoties. *In Iod autē quando post chiric breue ponitur; ut* גָּפְרִיּוֹת sulphura. *Prater hac puncta iam explicata, quacunque alia lineola, notula, apices, vel puncta, quacunque forma vel situ occurrant, accentus haberi debent, excepto signo, vel circulo* כְּתִיב *id est*, scriptionis, *de quo parte 4. agemus.*

CAPVT VI.

De Accentibus.

Ea solùm hîc de Accentibus consultò trademus, sine quorum cognitione, linguæ huius tirones facilè non possunt progredi. Reliqua parte 4. c. 9. explicabimus.

Accen-

Accentus igitur, generatim loquendo, duplex est, Grammaticus, & Rhetoricus. Grammatici permulti numerantur, quibus omnibus, quamcunque etiam figuram habeant, hoc commune est, quod acuant syllabam, quam afficiunt, vt acutus Græcorũ. Cæterum ex eis tantum quatuor notandi sunt, qui nõ solùm suã acuunt syllabam, sed etiam eâdem operâ orationem distinguunt, (quemadmodum apud Latinos punctum, colon, semicolon & coma) quamuis non semper hoc fungantur munere. PRIMVS dicitur *Sophpasuk*, סוֹף פָּסוּק qui infra literam scriptus, periodum seu integram sententiam orationis (instar puncti Latinorum) finit hac figura, ׀. vt in דָּבָר *verbum*. Quia tamen sæpe tantùm acuit syllabam, nec distinguit orationẽ, ideo quando distinguit, adduntur ei duo crassiora puncta hoc modo, דָּבָר׃ verbum.

SECVNDVS *Athnach*, אַתְנָח qui itẽ infra literã scriptus, orationis colon, seu membrum ibi esse ostendit, hac figura דָּבָ֑ר, aliquando tamen minori distinctioni seruit.

[illegible]

colligat, ut instar unius vocis uno accen-
tu Grammatico proferri possint, veluti
[illegible] *quid fecisti?* [illegible]
[illegible] *laris.* [illegible]
[illegible] Exem-

ANNOTATIO.

Apud Hebræos singula vocabula suum accentum acutum habent, ijs duntaxat exceptis, quæ per Maccaph cum sequenti dictione coniunguntur, vt paulo ante diximus. Quem quidem accentum si dictio habeat in ultima, (ubi omnium sæpißimè reperitur) vocatur Milra; si in penultima, dicitur Milel. Has duas appellationes breuitatis causa posthac semper usurpabimus.



TERTIVS est *Zakeph caton*, זָקֵף קָטֹן, qui supra literam positus semicoli vim habet, hac figura דָּבָר.

QVARTVS *Revia*, רְבִיעַ, notatus item supra literam, minimis distinctionibus inseruit hac figura דָּבָר.

Rhetorici accentus sunt quatuor. PRIMVS dicitur *Metheg*, מֶתֶג, cuius officium est retinere syllabam, ne celeriùs pronuncietur; & scribitur sub litera hac figura ◌ֽ. Quomodo autem differat à soph pasuc, suo loco dicetur. SECVNDVS dicitur *Mazze*, מַזֶּה, cuius idem est officium, quod primi, & notatur supra literam hoc modo ◌. TERTIVS dicitur *Gaaia*, גַּעְיָא, & retinet solùm punctum scheua, cùm *Metheg* & *Mazze* alijs quoque punctis addantur, scribitur autem sic ◌ְ. QVARTVS dicitur *Maccaph*, מַקָּף, qui lineola transuersa tali ־ dictiones modò duas, modò tres inter se colligat, vt instar unius vocis vno accentu Grammatico proferri possint, veluti מַה־עָשִׂיתָ. *Mah-asitha, quid fecisti?* אַל־תַּאֲמֶן־בּוֹ *altaamen-bo, ne credideris ei.*

Exem-

ANNOTATIO.

Apud Hebræos singula vocabula suum accentum acutum habent, ijs duntaxat exceptis, quæ per Maccaphicum sequenti dictione coniunguntur, vt paulo antè diximus. Quem quidem accentum si dictio habeat in ultima, (ubi omnium sæpißimè reperitur) vocatur Milra; si in penultima, dicitur Milel. Has duas appellationes breuitatis causa posthac semper usurpabimus.



INSTI-



INSTITVTIONVM HEBRAICARVM

PARS SECVNDA.

DE NOMINE.

PArtes ab Hebræis tantùm tres numerantur. NOMEN שֵׁם,(cui Pronomen, כִּנּוּי dictum, adiungitur.) VERBVM, פֹּעַל, quod Participium quoque continet, & genera numerosque cum nominibus communes habet. DICTIO, מִלָּה, quę Aduerbia, Præpositiones, Coniunctiones, & Interiectiones complectitur. Atque has tres partes ordine explicaturi initium faciemus à Nomine, prout fere in aliarum etiam linguarũ institutionibus fieri solet.

Nominis attributa tot fere afferri possent, quot in alijs linguis. Sed nos ea tantùm prosequemur, quæ potissimũ attendenda sunt, vt Genus, Numerus, Casus siue Declinatio, Status absolutus, Regimen, & Formatio Nominum.

CAPVT

CAPVT I.

De Genere.

Genera Nominum Hebraicorum tria sunt, Masculinum, Fœmininum & Commune.

Fœminina sunt I. Nomina Vrbium, רוֹמָה *Roma*, נִינְוֵה *Niniue*, דַּמֶּשֶׂק *Damascus*. Regionum, יְהוּדָה *Iudea*, מִצְרַיִם *Aegyptus*, גָּלִיל *Galilea*, אַשְׁכְּנַז *Germania*. Membrorum, quæ natura sunt gemina, vt רֶגֶל *pes*, עַיִן *oculus*. Et in trium horum nominibus nulla prorsus terminationis habetur ratio.

II. Desinentia in ה præcedente cametz & accentu posito in vltima, vt תּוֹרָה *lex*, צְדָקָה *iustitia*. Excipe communia, de quibus mox.

III. Desinentia in ת præcedente segol, chiric, aut schurec, vt אִגֶּרֶת *epistola*, גָּפְרִית *sulphur*, מַלְכוּת *regnum*.

Communia, id est, quæ nunc masculina, nunc fœminina sub eadem terminatione reperiuntur, sunt fere nomina generum & specierum animaliũ, vt בְּהֵמָה *animal*,

mal, עוף *auis*, חזיר *sus*, בקר *bos*, & quædam alia, vt אש *ignis*, רוח *spiritus*, ארץ *terra*. מחנה *castra*, מקום *locus*, זקן *barba*, מגן *clypeus*.

Masculina sunt reliqua, vt ספר *liber*, שלחן *mensa*, אור *lumen*, exceptis numeris cardinalibus, de quibus suo loco; & paucis quibusdam alijs, quæ terminatione masculina, genere fœminina sunt, vt חרב *gladius*, אבן *lapis*.

ANNOTAT.

Neutrum genus Hebræi non habent, cuius tamen loco in adiectiuis, quæ absolutè ponuntur, tam masculino, quàm fœminino vtuntur. Gen. 2. 18 לא טוב היות האדם לבדו non est bonum esse hominem solum. *Masculinum* טוב *ponitur pro neutro. Psal. 27. 4.* אחת שאלתי מאת יהוה אותה אבקש vnam petij à Domino, hoc requiram. אחת *fœmininum vsurpatur pro neutro. Idem in pronominibus obseruatur, cuius exemplum etiam habetur in* hoc, hunc vel illã, *quod hîc itidem absolutè positum vides.*

CAPVT II.

De Numero.

NVmeri Nominum sunt tres: Singularis, Dualis & Pluralis.

SINGVLARIS varias habet terminationes, vt iam vidimus.

PLVRALIS masculinorum formatur in ים, vt שִׁיר *canticum*, שִׁירִים *cantica*. Quæ enim exeunt in ין, vt Prov. 31. 3. מְלָכִין *reges*, & Dan. 12. 13. יָמִין *dies*, rariora sunt, Chaldaicamq; formam habent.

PLVRALIS fœmininorum, in ות, vt מַלְכָּה *regina*, מְלָכוֹת *reginæ*. Ea tamen, quæ in singulari in ית, vel ות terminabantur, in plurali exeunt in יות, vt גָּפְרִית *sulphur*, גָּפְרִיּוֹת, מַלְכוּת *Regnũ*, מַלְכֻיּוֹת.

DVALIS pro vtroque genere vnam tantùm terminationem habet, nimirum ים precedente patach, vt à יָד *manus*, fit יָדַיִם & à רֶגֶל *pes*, fit רַגְלַיִם. Vsurpatur autem hic Dualis potissimùm in membris naturâ geminis, vt duo hæc exempla declarant, quamuis in alijs etiam quandoque reperiatur, vt שָׁנָה *annus*, שְׁנָתַיִם *biennium*.

יוֹם

mal, עוֹף *auis,* חֲזִיר *sus,* בָּקָר *bos,* & quædam alia, vt אֵשׁ *ignis,* רוּחַ *spiritus,* אֶרֶץ *terra.* מַחֲנֶה *castra,* מָקוֹם *locus,* זָקָן *barba,* מָגֵן *clypeus.*

Masculina sunt reliqua, vt סֵפֶר *liber,* שֻׁלְחָן *mensa,* אוֹר *lumen,* exceptis numeris cardinalibus, de quibus suo loco; & paucis quibusdam alijs, quæ terminatione masculina, genere fœminina sunt, vt חֶרֶב *gladius,* אֶבֶן *lapis.*

ANNOTAT.

Neutro genere Hebræi carent, cuius tamen loco in adiectiuis, quæ absolutè ponuntur, tam masculino, quàm fœminino vtuntur. Gen. 2. 18. לֹא טוֹב הֱיוֹת הָאָדָם לְבַדּוֹ Non est bonum esse hominem solum. *Masculinum* טוֹב *ponitur pro neutro. Psal. 27. 4.* אַחַת שָׁאַלְתִּי מֵאֵת יְהוָה אוֹתָהּ אֲבַקֵּשׁ Vnum petiji à Domino, hoc requiram. אַחַת *fœmininum vsurpatur pro neutro. Idem in pronominibus obseruatur, cuius exemplum etiam habetur in* hoc vel illa, *quod hic itidem absolutè positum vides.*

CAPVT II.

De Numero.

NVmeri Nominum sunt tres: Singularis, Dualis & Pluralis.

SINGVLARIS varias habet terminationes, vt iam vidimus.

PLVRALIS masculinorum formatur in ים, vt שִׁיר *canticum*, שִׁירִים *cantica*. Quæ enim exeunt in ין, vt Prov. 31. 3. מַלְכִין *reges*, & Dan. 12. 13. יָמִין *dies*, rariora sunt, Chaldaicamq; formam habent.

PLVRALIS fœmininorum, in ות, vt מַלְכָּה *regina*, מְלָכוֹת *reginæ*. Ea tamen quæ in singulari in ית, vel ות terminabantur, in plurali exeunt in יות, vt גָּפְרִית *sulphur*, גָּפְרִיּוֹת; מַלְכוּת *Regnū*, מַלְכֻיּוֹת.

DVALIS pro vtroque genere vnam tantum terminationem habet, nimirum יִם præcedente patach, vt à יָד *manus*, fit יָדַיִם; & à רֶגֶל *pes*, fit רַגְלַיִם. Vsurpatur autem hic Dualis potissimum in membris naturâ geminis, vt duo hæc exempla declarant, quamuis in alijs etiam quandoque reperiatur, vt שָׁנָה *annus*, שְׁנָתַיִם *biennium*;

יום

יוֹם *dies*, יוֹמַיִם *biduum*. Imò nec semper tantùm duas res significat, sed pro plurali etiam accipitur, Zacha. 4. 10. שִׁבְעָה עֵינַיִם *septem oculi*, & Esa. 6. 2. שֵׁשׁ כְּנָפַיִם *sex alia.*

ANNOTATIO.

I. *Nomina specierum animalium sæpè in singulari accipiuntur pluraliter, instar collectiuorum, vt* אָדָם homo, & homines. בָּקָר bos, & boues, &c.

II. *Quædam tantùm singularem numerum habent,* עֹשֶׁק calumnia, זָהָב aurum, עֹפֶרֶת plumbum. *Quædam tantùm Dualē, ut* שָׁמַיִם cælum. מַיִם aqua. רֵחַיִם mola. *Quædam tantùm pluralem,* חַיִּים vita, בְּתוּלִים virginitas, נְעוּרִים pueritia, זְקֻנִים senectus, פָּנִים vultus, facies. *Huc etiam spectant fœminina finita in* ת *seruilem literam, præcedente segol,* אִגֶּרֶת Epistola. עֲטֶרֶת corona, diadema, & *sic cætera. Carent enim plurali regulariter formato, quem idcirco ab alia forma accipiunt, vt* אִגֶּרֶת אִגְּרוֹת *ab inusitato* אִגְּרָה. *Sic participia eiusdem terminationis, ut* לוֹמֶדֶת discens, *proprio plurali carent, quem tamen ab altera forma*

in

in ה, *præcedente Camets, mutuò accipiunt, vel si mauis, communem habent, ut* לוֹמְדָה *à* לוֹמְדוֹת discens. *Ceterùm* קֶשֶׁת *arcus, in plurali facis* קְשָׁתוֹת *quia* ת *radicale est.*

III. Multa Masculinæ terminationis in plurali exeunt in וֹת, *ut* אָב pater אָבוֹת, מָקוֹם locus, מְקוֹמוֹת, אֶרֶץ terra, אֲרָצוֹת, חֶרֶב gladius, חֲרָבוֹת, *&c. Contrà, multa fœminina terminationem habēt masculinā,* יוֹנָה columba, יוֹנִים, נְמָלָה formica, נְמָלִים, דְּבוֹרָה apes, דְּבוֹרִים *&c.*

IV. Quædam in plurali habent utranque terminationem שָׁנָה annus, שָׁנִים *&* שָׁנוֹת, עֶצֶם os, ossis, עֲצָמִים *&* עֲצָמוֹת, צָבָא exercitus, צְבָאִים *&* צְבָאוֹת, *unde toties* Deus Sabaoth, *id est,* virtutum vel exercituum.

V. Desinentia in י, *in plurali plerunque euphoniæ causa alterum Iod abijciunt, ut* יְהוּדִי Iudæus, יְהוּדִים, נָכְרִי alienigena, נָכְרִים, גּוֹי gēs, גּוֹיִם *pro* גּוֹיִים, יְהוּדִיִּים, נָכְרִיִּים, *&c. Perdunt suum Iod in plurali, aliquando etiam alia nō desinentia in* י, *ut* צַדִּיקִם iusti à צַדִּיק iustus, נְשִׂאִם principes, *à* נָשִׂיא princeps, *p* צַדִּיקִים *&* נְשִׂיאִים.

CAPVT III.

De Casibus, siue Declinatione.

CVm Hebræorum nomina in quouis numero sint indeclinabilia, eorum casus (qui sex rectè statui possunt) non ex terminatione, vt fit apud Græcos & Latinos, sed ex literis quibusdam seruilibus, velut articulis, à fronte præpositis cognoscuntur. Quare vt in Declinationibus aliæ linguæ summam, ita Hebraica nullam difficultatem habet. Qui enim quinque illius monosyllabos articulos, & trium numerorum terminationes nouerit, omnes omnium nominum, & participiorum casus obliquos nouerit. Sunt autem hi articuli. Genit. הַ vel שֶׁל, Dat. לְ, Accus. אֶת, Vocat. הַ, Ablat. מִ, Nominatiuus verò habet articulum, nisi הַ demonstratiuum. Vtriusque generis nomina cum suis articulis proponamus.

PARA-

PARADIGMA MASCV-linum. תַּלְמִיד Discipulus.

Numerus.

Singularis.

Discipulus.	תַּלְמִיד	*Nom.*
	vel הַתַּלְמִיד	*Gen.*
Discipuli.	שֶׁל־תַּלְמִיד	
Discipulo.	לְתַלְמִיד	*Dat.*
Discipulum.	אֶת־תַּלְמִיד	*Acc.*
ô Discipule.	הַתַּלְמִיד	*Voc.*
à Discipulo.	מֵתַּלְמִיד	*Abl.*

Pluralis.

Discipuli.	תַּלְמִידִים	*Nom.*
	vel הַתַּלְמִידִים	*Gen.*
Discipulorum.	שֶׁל־תַּלְמִידִים	
Discipulis.	לְתַלְמִידִים	*Dat.*
Discipulos.	אֶת־תַּלְמִידִים	*Acc.*
ô Discipuli.	הַתַּלְמִידִים	*Voc.*
à Discipulis.	מֵתַּלְמִידִים	*Abl.*

PARADIGMA FOEMI-
ninum תּוֹרָה, lex.

Numerus
Singularis.

Lex.	תּוֹרָה	*Nom.*
	vel הַתּוֹרָה	*Geni.*
Legis.	שֶׁל-תּוֹרָה	
Legi.	לְתוֹרָה	*Dat.*
Legem.	אֶת-תּוֹרָה	*Accu.*
ô Lex.	הַתּוֹרָה	*Voca.*
à Lege.	מִתּוֹרָה	*Abla.*

Pluralis.

Leges.	תּוֹרוֹת	*Nom.*
	vel הַתּוֹרוֹת	*Geni.*
Legum.	שֶׁל-תּוֹרוֹת	
Legibus.	לְתוֹרוֹת	*Dat.*
Leges.	אֶת-תּוֹרוֹת	*Accu.*
ô Leges.	הַתּוֹרוֹת	*Voca.*
à Legibus.	מִתּוֹרוֹת	*Abla.*

Eodem

Eodem planè modo adduntur articuli Duali numero, cuius exemplum, breuitatis causa, nullum ponimus.

ANNOTATIO.

I. Hi articuli (qui omnibus & generibus & numeris communes sunt) non semper nominibus præponuntur, sed, omissis illis, nominum casus persæpè tantùm ex constructione, sensuq; orationis cognoscendi sunt, ut & in vocibus Latinorũ indeclinabilibus, frugi, nauci, *&c. fieri solet.*

II. Iisdem casibus ijdem articuli non perpetuò inseruiunt. Nam מִ *non solùm Genitiuum, sed cæteros etiam omnes quandoq; denotat,* לְ *etiam Nominatiuo, Genitiuo & accusatiuo iungitur.* אֵת, *aliquando etiam Datiuum & Ablatiuum designat, sine Maccaph plerumq; habet Tsere, ut* אֵת דָּבָר ; *Et* מִ, *quia ponitur pro integra præpositione* מִן, *loco abiectæ literæ* נ, *requirit in sequenti litera Dagesch, ut* מִדָּבָר *pro* מִן דָּבָר. *Quod si sequens litera sit gutturalis, aut* ר, *postulat plerunque tsere pro chiric paruo,* מֵעִיר ex vrbe, מֵרֶגֶל ex pede. *Sed de* מִ *plura infrà.* שֶׁל *Rabbinicum est, & quando iun-*

gitur pronominibus à ל incipientibus, est relatiuum, & ל. ex dagesch prouenit, significatq; שֶׁלּוֹ, v. g. quod, vel quæ ipsius, vel ipsi, subaudi est, vel sunt.

CAPVT IV.

De statu absoluto & Regimine.

STatum Nominis absolutum vocant Hebræi, quando nullum post se habet Genitiuum, siue illud nomen solùm ponatur, vt דָּבָר, siue quæcunque alia vox sequatur דָּבָר רָאוּי *verbum elegans.* דָּבָר אָבַד *verbum periÿt.* Nomen verò in Regimine esse dicitur, seu coniunctum, cùm aliud nomen sequens per genitiuum, vel alium obliquũ explicatur, vt דְּבַר נָבִיא *verbum prophetæ.* דִּבְרֵי נְבִיאִים *verba prophetarum.* Hîc דְּבַר & דִּבְרֵי sunt in Regimine, adeoq; regunt. נָבִיא verò & נְבִיאִים genitiui sunt, licet articulo careant.

Atq; hoc quidem, si Syntaxin spectes, alÿs item linguis commune est; Illud, huic propriũ, quòd apud Hebræos dictio Regens, modò in literis,

teris, modò in punctis, modò in vtrisque mutationem patitur: ea verò quæ regitur, inuariata manet. Contrarium fit apud Latinos. Quando enim propheta verbũ *tribuo, non dico,* verbi *propheta, sed* verbum *prophetæ, mutata dictione, quæ regitur à voce* verbum; *manente verò ea, quæ regit, scilicet* verbum.

Sed iam quomodo, quamque mutationem in vtroque genere Regimen Hebraicum efficiat, explicemus.

Masculina singularis numeri ob Regimen mutant plerunque puncta longa in breuia, vt דָּבָר *verbum*; in statu absoluto. In Regimine דְּבַר נָבִיא *verbum prophetæ*. In Plurali autem abijciunt ם, & tunc Iod quiescit in tsere, vt דְּבָרִים *verba*, status absoluti. In regimine, ם דִּבְרֵי נְבִיאִים *verba prophetarum*. Idem fit in Duali ם עֵינַיִם *oculi*. In regimine ם עֵינֵי יוֹנִים *oculi columbarum*.

Fœminina singularis numeri, quæ terminantur in ה, præcedente camets, mutant in Regimine ה in ת, & proximum camets in patach, vt מַלְכָּה *regina*, in regimine, ם מַלְכַּת שָׁמַיִם *Regina cæli*. Quæ verò in ת exeunt, nihil mutant מַלְכוּת *regnum*,

in regimine eodem modo, מַלְכוּת שָׁמַיִם *regnum celorum.* In plurali denique fœminina in ות vel יות desinentia, ob regimen nullam mutant literam. Cætera, quæ ad mutationem punctorum pertinent, parte 4. cap. 4. fusiùs, commodiusq; explicabimus.

APPENDIX.

Comparatiuos & superlatiuos, variatis positiui terminationibus, hac lingua non habet, sed circumloquitur illos per quasdam particulas positiuo additas, quemadmodum Latini quoque in nonnullis, (ut idoneus, industrius) *facere consueuerunt.*

Comparativi *particula est* מִן, præ (*vel litera* מ *pro* מִן *posita, ut dictum est pag. 37.*) *Prou. 3. 15.* sapientia יְקָרָה הִיא מִפְּנִינִים pretiosa ipsa (est) præ gemmis, *hoc est*, pretiosior gemmis.

Svperlativvs *verò exprimitur per vocem* מְאֹד valde, *ut Num. 12. 3. Moses* עָנָו מְאֹד mitis valde, *id est*, mitissimus. *Verum de his gradibus agendum fusius parte. 5. c. 1.*

CAPVT V.

De varijs Nominum formis, seu Diuisionibus.

I. Nomina apud Hebræos, vt etiam apud alias gentes, alia sunt PROPRIA, vt אַבְרָהָם *Abraham*, יִצְחָק *Isaac*, יַעֲקֹב *Iacob*. Alia APPELLATIVA, vt אָב *pater*, נָבִיא *propheta*. In his nihil aliud notandum occurrit, quàm quòd propria carent plurali numero, genitiui Regimine, ה demonstratiuo, & pronominibus affixis, de quibus infrà suo loco.

II. Alia sunt SVBSTANTIVA vt בַּיִת *domus*, רֶגֶל *pes*. Alia ADIECTIVA, vt חָכָם *sapiens*, נָבָל *stultus*. Ex his vocant Hebræi תֹּאַר, id est *formale*, omne nomen, quod de masculino moueri potest in fœmininum, siue illud sit substantiuum, siue adiectiuum propriè dictum. Huiusmodi autem formatio fœminina fit per additionē literæ ה, & nonnullam quandoque punctorum mutationem, vt אִישׁ *vir*, אִשָּׁה *mulier*, vnde Gen. 2. 23. *hæc vocabitur virago*,

quia de viro sumpta est. שַׁר *cantor*, שָׁרָה *cantatrix.* נָבִיא *propheta,* נְבִיאָה *prophetissa,* מֶלֶךְ *Rex,* מַלְכָּה *regina,*&c. & sic purè Adiectiua גָּדוֹל *magnus,* גְּדוֹלָה *magna.* טוֹב *bonus,* טוֹבָה *bona.* רָשָׁע *impius,* רְשָׁעָה *impia.*

Fœminina verò à Masculinis in י desinentibus formata, non tantùm recipiunt ה præcedente camets, sed etiam ת, vt ab עִבְרִי *Hebræus,* עִבְרִיָּה & עִבְרִית *Hebræa.* à יְהוּדִי *Iudæus,* יְהוּדִיָּה & יְהוּדִית *Iudæa.* Sic à נָכְרִי *alienus.* נָכְרִיָּה & נָכְרִית *aliena.* Sed forma in ת ferè aduerbialiter accipitur, vt עִבְרִית *Hebraicè,* & sic de similibus.

III. Alia sunt Primitiva, alia Derivativa. Primitiua dicuntur, quæ non deducuntur aliunde, sed ex quibus deriuantur alia, cùm ipsam *radicem* contineant. Vocatur autem *Radix,* illa vox (cuiuscunque sit partis) vnde formantur aliæ. Ea in Lexicis Hebraicis initio maiusculis notatur, & constat plerunque tribus tantùm literis.

Derivativa dicuntur, quæ à primaria illa voce seu Radice descendunt, e.g. hoc vocabulū, דֶּגֶל *vexillum,* primitiuum est.

cùm

eum à nullo alio oriatur. Illius verò deriuatiua sunt דִּגֵּל *vexillum erigere*, & דָּגוּל quasi *vexillatus*, id est, *insignis*. נִדְגָּלוֹת *castra cum vexillis*.

IV. Alia sunt nomina PERFECTA, alia IMPERFECTA. PERFECTA sunt in quibus tres radicales literæ cernuntur; siue illa solis literis radicalibus constent, vt אֹזֶן *auris*, דָּבָר *verbum*; siue etiam aliæ literæ præter Radicales accedant, vt קְטֹרֶת *incensum*, תִּפְאֶרֶת *decor*. In priore ת, in posteriore duo ת ad radicem accesserunt. IMPERFECTA sunt, quæ vel vnam radicalem literam suppressam habent מַטָּע *planta*, à נָטַע *plantare*: Vel duas, vt מַתָּת *donum*, à נָתַן *dare*. In מַטָּע enim supprimitur vnum radicale נ, in מַתָּת verò vtrunque.

V. Alia simplicis, aliæ compositæ figuræ sunt. Compositorum in nominibus proprijs maximus est numerus, vt עִמָּנוּאֵל *Emmanuel*, ex עִמָּנוּ *nobiscum*, & אֵל *Deus*. מַלְכִּיצֶדֶק *Melchisedec*, ex מֶלֶךְ *rex*, & צֶדֶק *iustitia*, &c. In appellatiuis pauciora sunt, ut צַלְמָוֶת *umbra mortis*, ex צֵל *umbra*, & מָוֶת *mors*. בְּלִיַּעַל *impius*, *rebellis*, vel *impietas*, *rebellio*

bellio ex בְּלִי *absque*, & עֹל, quod cum cholem *iugum* significat.

ANNOTATIO.

Deriuatiua nomina à suis primitiuis, auxilio literarum, quæ hac voce הֶאֱמַנְתִּי credidi, *continentur, ferè deduci, formarique solent. Hæ autem literæ ab hoc ipso vocabulo Hebraico passim appellantur Heemantica: ex quibus sæpè ad radicem una superadditur, interdum duæ; idque modò initio, modò in fine, ut exempla ostendent. Sed iam de singulis literis Heemanticis seu formatiuis agimus.*

ה, *imperfectis interdum præponitur. Esth. 4.14.* הַצָּלָה liberatio, *à* נָצַל liberauit, *(neque enim hoc loco* ה *demonstratiuum est, ut quidam putant: alioqui etiam vox præcedens* רֶוַח refrigerium, *haberet* ה *demonstratiuum, & tamen non habet)* הַכָּרָה agnitio, *à* נָכַר agnouit: *Perfectis vix unquam. Idem* ה, *in fine nominum, aut constituit fœmininum genus,* צְדָקָה iustitia, *aut est paragogicum, de quo infra.*

א, *cum Segol, aut Patach, tantùm dictionē incipit, ut* אֶצְבַּע digitus, *quo pingimus & operamur, à* צָבַע tinxit. אַכְזָר crudelis. *Porro*

in

in lingua Hebraica vix semel dictionem claudit, ut חָגָּא festiuitas, pauor. *Isai.19.17. in Chaldaica autem sæpissimè, ut* מָרָא Dominus. כֵּיפָא *petra.* מָמוֹנָא opes, diuitiæ, דְּמָא sanguis, טַלְיָתָא *puella.*

מ, *præponitur, & sub se chiric, aut patach, aut segol requirit, ut* מִזְמוֹר psalmus, מַלְבּוּשׁ vestis, מֶרְכָּב ephippium, stratum. *In calce rarius additur radici,* שִׁלְשׁוֹם nudius tertius, פִּדְיוֹם redemptio.

נ, *præponitur, cùm format nomina propria,* נִמְרוֹד Nemrod, *à* מָרַד defecit, deseruit, נַפְתָּלִי Nephtali *à* פָּתַל comparauit. *Postponitur autem cùm format cætera,* זִכָּרוֹן recordatio, רְעָבוֹן fames.

ת *præponitur, & habet sub se chiric, aut patach,* תִּפְאָרָה decor, תַּלְמִיד discipulus. *Sæpius etiam postponitur,* מַלְכוּת regnum, רִפְאוּת sanitas, שֵׁנִית secunda. *Quædam* ת, *utrinque admittunt,* תִּלְבֹּשֶׁת vestis, תִּפְאֶרֶת decor. *Interdum* ת *etiam schena habet,* תְּהִלָּה laus.

י *Sæpè præponitur, cùm format nomina propria* יְהוֹשֻׁעַ Iesus, *ab* הוֹשִׁיעַ saluauit, *pro quo dicitur etiam contractè* יֵשׁוּעַ. יִצְחָק Isaac, *à* צָחַק risit, יַעֲקֹב Iacob, *à* עָקַב supplantauit. יוֹחָנָן Ioan-

Ioannes, *à* חָנַן misericordiâ *seu* gratia prosecutus est. *Initio appellatiuorum varius præponitur*, יַלְקוּט pera, sacculus, יִצְהָר oleum. *Cæterum quando in fine ponitur*, 1. *format Gentilia* עִבְרִי Hebræus, יְוָנִי, Græcus, רוֹמִיִּי Romanus, אִיטַלְקִי Italus; *Rabbinorum vox à Latinis accepta. Sic* מְשִׁיחִי Christianus, *à* מָשִׁיחַ Christus. *Verùm à Iudæis Christum Dominum perfidè negantibus* Christianus *plerunque appellatur* נוֹצְרִי Nazarenus, *à* נְצֶרֶת *vel* נָצְרַת ciuitate Galilex. 2. *format Numeralia ordinalia* שֵׁנִי secundus, שְׁלִישִׁי tertius, *&c.* 3. *Quædã præterea adiectiua* נָכְרִי alienus, אַכְזָרִי crudelis. *Numeralia, licet sub nominibus comprehendãtur, habita tamen distentium ratione, illa cum notis Arithmeticis in quarta parte explicanda duximus.*

CAPVT VI.

De Pronomine.

Quintuplex Hebræis Pronomen est, Primitiuum, Deriuatiuum seu Possessiuum, Demonstratiuum, Relatiuum, & Interrogatiuum.

PRIMITIVVM.

Primitiuum per tres personas separatim ita inflectitur.

Prima persona generis Communis.

Pluralis.			Singularis.	
Nos,	אנחנו	*Ego*	אני *vel* אנכי	*Nom.*
Nostrū.	שלנו	*mei,*	שלי	*Gen.*
Nobis,	לנו	*mihi,*	לי	*Dat.*
Nos,	אותנו	*me,*	אותי	*Acc.*
à nobis.	ממנו	*à me.*	ממני	*Abl.*

Secunda Persona.

Fœminina.	SINGVLARIS.		Masculina.
את	*Tu,*	אתה	*Nom.*
שלך	*tui,*	שלך	*Gen.*
לך	*tibi,*	לך	*Dat.*
אותך	*te*	אותך	*Acc.*
ממך	*à te.*	ממך	*Abl.*

Fœminina.	PLVRALIS.		Masculina.
אתן	*vos,*	אתם	*Nom.*
שלכן	*vestrum,*	שלכם	*Gen.*
לכן	*vobis,*	לכם	*Dat.*
אתכן	*vos,*	אתכם	*Acc.*
ממכן	*à vobis.*	ממכם	*Abl.*

Tertia

Tertia persona.

Fœminina.		SINGVLARIS.	Masculina.	
Illa,	הִיא	*Nom.*	*Ille,*	הוּא
Illius,	שֶׁלָּהּ	*Geni.*	*illius,*	שֶׁלּוֹ
Illi,	לָהּ	*Dat.*	*illi,*	לוֹ
Illam,	אוֹתָהּ	*Accu.*	*illum,*	אוֹתוֹ
ab illa.	מִמֶּנָּה	*Abla.*	*ab illo.*	מִמֶּנּוּ

PLVRALIS.

Illæ,	הֵן	*Nom.*	*Illi,*	הֵם
Illarum,	שֶׁלָּהֶן	*Geni.*	*illorũ,*	שֶׁלָּהֶם
Illis,	לָהֶן	*Dat.*	*Illis.*	לָהֶם
Illas	אוֹתָן	*Accu.*	*illos,*	אוֹתָם
Ab illis.	מֵהֶן	*Abla.*	*ab illis.*	מֵהֶם

ANNOTAT.

I. Ex his omnibus solùm Pronomen Nominatiuorum separatum siue integrum habetur. Obliqui enim componuntur ex articulis, & ultimis literis pronominis, ut quisque facilè collegerit. שֶׁלִּי *& similes casus per* ש *formati non sunt propriè genitiui, sed periphrases ad possessionem significandam, ut etiam supra insinuatum, quæ tamen per affixa (de quibus hoc capite agemus) melius & frequentius exprimuntur. Dicimus enim potius* יָדִי *manus mea, quàm*

quàm שֶׁלִּי יָד manus quæ mihi. *potest etiam accipi pro genitiuo Græco* μου, *ut Ionæ c. 3.* קָרָאתִי מִצָּרָה לִּי clamaui in angustia mea, *quod cum affixo dicitur* בְּצָרָתִי. *Vocatiuum in pronominibus omisimus, quia in prima & tertia persona non reperitur, in secunda verò ubique similis est nominatiuo.*

II. Reperiuntur quandoq; etiam alij Pronominum ... usus literis, vel punctis diuersi; quod plerunque propter accentus accidit. Nam in prima persone ablatiuo legimus מֶנִּי מִנִּי *&* מִנֶּנִּי à me. *In plurali* נַחְנוּ nos. *In secunda persone Mascul. Datiuo, quando habet soph pasuc, dicimus* לָךְ *& sic non differt à fæminino. Præterea recipit* ה, לְכָה tibi, *ut & Accusatiuus ipsius* אֹתְכָה te, *pro quo interdum* אותך. *In Ablatiuo plurali* מִכֶּם *& in fæminino* מִכֶּן à vobis. *In Nominatiuo plurali generis fæminini* אַתֵּנָה vos. *Et in Datiuo* לָכֵנָה *pro* לָכֶן vobis. *In tertia persone ablatiuo mascul. inuenitur etiam* מִנְהוּ, *&* מִנֵּהוּ ab illo. *In plurali* הֵמָּה illi, *&* הֵנָּה illæ. *In Dat. gen. masc.* לָמוֹ *& fæm.* לָהֵנָּה illis. *In ablatiuo generis masculini* מֵהֵמָּה illis, *& generis fæm.* מֵהֵנָּה illis.

POSSE-

POSSESSIVVM.

Possessiua Pronomina (quæ & Deriuatiua vocauimus) integra, & separata mote Latinorum, *Meus, Tuus, Suus, Noster, Vester,* &c, Hebræi non habent, sed ea non minore cum breuitate, quam artificio huic linguę proprio ex vltimis literis, vel syllabis Primitiuorum (provt in eorundem obliquis fieri paulò antè diximus) formare solent. Quæ cum fini dictionum ad significandam possessionem affigantur, à Grammaticis *affixa* vocari cœperunt.

Porrò sicut prima persona Pronominis Communis generis est, secunda verò, & tertia, vtrumque genus proprium habet: ita etiam affixa, quæ ex his tribus personis efficiuntur. Sed iam pleniori affixorum explicatione in quartam Institutionum nostrarum partem consultò reiectâ, tironibus, vtriusque generis nomina, cum suis affixis possessionem significantibus, proponemus, initio facto à persona tertia, eò quòd hic ordo in coniugationibus verborum seruetur.

PARA-

PARADIGMA MASCVLInum cum affixis.

Plurale תַּלְמִידִים Discipuli. | Singulare תַּלְמִיד Discipulus.

Discipuli eius, f. תַּלְמִידֶיהָ	*Discipuli eius, m.* תַּלְמִידָיו	3. Per.	*Discipulus eius, f.* תַּלְמִידָהּ	*Discipulus eius, m.* תַּלְמִידוֹ
Discipuli earum. תַּלְמִידֵיהֶן	*Discipuli eorum.* תַּלְמִידֵיהֶם		*Discipulus earum.* תַּלְמִידָן	*Discipulus eorum.* תַּלְמִידָם
Discipuli tui, f. תַּלְמִידַיִךְ	*Discipuli tui, m.* תַּלְמִידֶיךָ	2. Per.	*Discipulus tuus, f.* תַּלְמִידֵךְ	*Discipulus tuus, m.* תַּלְמִידְךָ
Discipuli vestri, f. תַּלְמִידֵיכֶן	*Discipuli vestri, m.* תַּלְמִידֵיכֶם		*Discipulus vester, f.* תַּלְמִידְכֶן	*Discipulus vester, m.* תַּלְמִידְכֶם
Discipuli nostri. c. g. תַּלְמִידֵינוּ	*Discipuli mei.* תַּלְמִידַי	1. Pe. c.	*Discipulus noster. c.* תַּלְמִידֵנוּ	*Discipulus meus.* תַּלְמִידִי

PARADIGMA FOEMIninum cum affixis.

Plurale תּוֹרוֹת Leges. Singulare תּוֹרָה Lex.

Leges eius f. תּוֹרוֹתֶיהָ	*Leges eius, m.* תּוֹרוֹתָיו	3. Per.	*Lex eius, f.* תּוֹרָתָהּ	*Lex eius, m.* תּוֹרָתוֹ
Leges earum. תּוֹרוֹתֵיהֶן	*Leges eorum.* תּוֹרוֹתֵיהֶם		*Lex earum.* תּוֹרָתָן	*Lex eorum.* תּוֹרָתָם

Leges suæ f. Leges tuæ. m. תּוֹרוֹתַיִךְ תּוֹרוֹתֶיךָ		Lex tua. f. Lex tua. m. תּוֹרָתֵךְ תּוֹרָתְךָ	
Leges vestra. f. Leges v. m. תּוֹרוֹתֵיכֶם תּוֹרוֹתֵיכֶן	2. Pers.	Lex vestra. f. Lex vest. m. תּוֹרַתְכֶם תּוֹרַתְכֶן	
Leges nostra. c. Leges meæ תּוֹרוֹתַי תּוֹרוֹתֵינוּ	1. Pers.	Lex nostra. c. Lex mea. תּוֹרָתִי תּוֹרָתֵנוּ	

ANNOTATIO.

In his duobus paradigmatis sæpius relegendis, & ut memoriæ firmius mandentur, bis terúe describendis, huius linguæ studiosus sese initio impigrè exercebit. Ita enim perdiscet naturam, punctationem, & significationem affixorum, quæ, si quicquam aliud, in omnibus orationis partibus latissimè patent.

DEMONSTRATIVVM.

Demonstratiua sunt זֶה, *hic iste.* זוֹ, זֹה, זֹאת, *hæc, ista, fæ. sing.* Cõmunis generis est זוּ, *hic & hæc.* In numero autem plurali cõmunis item generis est אֵלֶּה & אֵל *hi, isti, hæ, istæ.*

RELATIVVM.

Relatiuum est אֲשֶׁר, *quod* vtrique generi, & omnibus casibus, & numeris inseruit.

seruit. Significat enim, *qui*, *qua*, *cuius*, *quorum*, *quarum*, *quibus*, *&c.*

INTERROGATIVVM.

Interrogatiua sunt מָה, מָה, מֶה, מִי, *quis? qua?* vtriusque generis, & trium numerorum. מִי solùm de homine interrogat, reliqua tria de quacunque re alia. Inuenitur & מָן vt Psal. 61. 8. & Exodi 16. 15. vbi admirabundi de manna dicunt: מָן הוּא *quid hoc?*

ANNOTAT.

I. *Demonstratiua, Relatiuum, & Interrogatiua ad formandos ex se obliquos, articulos more nominū admittunt* לָזֶה huic אֶת-זֶה hunc, מִזֶּה ab hoc: *Sic* לָאֵלֶּה his, אֶת-אֵלֶּה hos, has. מֵאֵלֶּה ab his. לַאֲשֶׁר cui, quibus. אֶת-אֲשֶׁר quē, quam, quos, quas. מֵאֲשֶׁר à quo, à qua, à quibus. לְמִי cuius? cui? quorum? quarum? quibus? אֶת-מִי quem? quam? quos? quas? מִמִּי à quo? à qua? à quibus? *& sic de cæteris interrogatiuis.*

II. *Loco* אֲשֶׁר *Relatiui sæpè ponitur sola litera* שׁ, *de qua plura infrà. Interdum etiam*

Demonstrativa זֶה,זוּ, *ut Ps.* 104. 8. in locum quem fundasti eis. אֶל-מְקוֹם זֶה יָסַדְתָּ לָהֶם

III. *Quando post* מִי, מַה, *&c. ponitur* אֲשֶׁר *vel* שׁ, tunc illud מִי *vel* מַה, *&c. explicandũ est per* is, ea: *non relativè per* quis, quæ. *Ut*, מִי אֲשֶׁר לָמַד, is, qui didicit. מַה שֶּׁהָיָה id, quod fuit. *Ecclef.* 1. 9.

IV. *Reciprocis* sui, *&* suus, *Hebræi carent. Horum verò loco utuntur affixis tertiæ personæ, ut dicetur in parte* 5.



INSTI-

INSTITVTIONVM
HEBRAICARVM

PARS TERTIA.

DE VERBO.

CAPVT I.

De ijs, quæ verbo accidunt.

VErbo in vniuersum accidunt septem. Genus, Numerus, Persona, Modus, Tempus, Forma, Coniugatio.

GENVS verborum quatruplex est; Actiuum, Passiuum, Neutrum, Commune. Præter hoc genus repetitur etiam aliud, quod sexum in verbis discernit, perinde vt in Nominibus; & triplex est: Masculinum, Fœmininum, & Commune. sæpissimè autem ex verbis cognoscitur, cuiusnam generis sint ipsa nomina. Porro ad differentiã, prius genus à nonnullis appellatur *verbale*, posterius, *nominale*.

NVMERI, in verbis tantùm duo sunt, Singularis & pluralis, qui loco Dualis

 quo-

quoque vsurpari solet, vt apud Latinos.

Personae sunt tres, Tertia, Secunda, Prima. Incipiunt autem Hebræi à tertia, quòd ea plerunque contineat Radicem, à qua deinde cæteræ voces per additionem quarundam literarum (quæ ferè ex Pronominibus corruptis sunt sumtæ) facilè deducuntur, vt Paradigma ostendet. Porro prima persona semper est generis communis, vt & preteriti tertia pluralis: Reliquis psonis propria genera attribuũtur.

Modi, propriè loquendo, sunt tres, Indicatiuus, Imperatiuus, & Infinitiuus, per quos Hebræi eadem efferunt, quæ Latini per quinq;. Si enim Indicatiui tẽporibus addas dictiones optandi אחלי, לוא, לו *vtinam*, habebis Optatiuum. Si אם *si*, כי *cùm*, aut alias voces simile quid significantes, iisdem præponas, Cõiunctiuus erit: quem tamen non minùs frequenter per Gerundia exprimunt, de quibus sequente capite.

II. Imperativus solùm secundas personas vtriusque generis in vtroque numero continet.

III. In-

III. INFINITIVVS nullius est certi temporis, generis, numeri, vel personæ. Vocatur, מָקוֹר *fons*, quòd significandi modus ab eo fluat, & in diuersos numeros, personas & tempora discriminetur, sub quo & Gerundium comprehenditur.

TEMPORA numerantur tria. Præteritum, Præsens & Futurum. Præteritum עָבָר primo loco ponitur, quòd ipsam *Radicem*, à qua cætera omnia deinceps formantur, contineat, Explicatur autem quandoque per imperfectum, vel plusquam perfectũ, vel etiam futurum, maxime si vau conuersiuũ habet.

Præsens in Benoni & Paul continetur. BENONI בֵּינוֹנִי, id est, *Intermedium*, videlicet inter præteriti & futuri significationem, est participium actiuum, ut מוֹסֵר *tradens*, per quod Hebræi verbum præsentis temporis (quo carent) circúloqui solent, vt suo loco videbimus; imò nonnunquam pro præterito imperfecto usurpant. Sæpè etiam accipitur substantiuè pro nomine verbali, sine vlla temporis notatione, שׁוֹמֵר *custos*, שׁוֹפֵט *Iudex*.

PAVL פָּעוּל itidem præſentis & imperfecti temporis deſignat rem iam agi cœptam, quæ etiamnum fiat, vt נָגוּף *vapulans, qui percutitur*. Imò etiam perfectum. Latini hoc ferè non niſi per participium præteriti temporis, optimè verò Græci per participiũ paſſiuum præſens explicare poſſunt. Nomẽ deſumpſit ab antiquo paradigmate, perinde ac ſi nos participium paſſiuum appellaremus *Amatus*. Sæpe autem ponitur pro nomine verbali ſeu participiali, ſine ulla certi temporis adſignificatione, vt זָכוּר *memor*, שָׁכוּן *habitator*, עָרוּם *aſtutus*.

FVTVRVM vocatur עָתִיד, id eſt, *paratum*, quòd res futura iam parata ſit, vt fiat. Hoc verò tempus vt frequentiſſimum, ita maximè varium vſum habet. Sæpe enim accipitur pro prǽterito, prǽſertim apud Prophetas. Interdum pro imperfecto: interdum pro præſenti, quando nimirum continuatio quædam actionis indicatur. Denique non rarò pro imperatiuo tertiæ perſonæ vtriusque numeri, & primæ plu-

ralis

ralis, cùm his Imperatiui personis He-
bræi careant.

FORMA verborum duplex est. Alia
enim perfecta sunt, alia imperfecta. Per-
fecta sunt, quæ tres suas literas Radicales
inter coniugandú vbique retinent. Im-
perfecta verò illa, quæ vel ex tribus illis v-
nam amittunt, vel constant pluribus lite-
ris quàm tribus.

CONIVGATIO Hebræis propriè non
est nisi vna, cùm omnia verba, si termina-
tionem spectes, eodem modo inflectan-
tur. Verùm quia hęc ipsa Coniugatio
(quantum ad significationem, & primas
syllabas) octo modis variatur, qui Coniu-
gationes appellantur, maioris distinctio-
nis gratia, octo etiam Coniugationes ad-
mittemus, nimirum Kal, Niphal, Piel,
Pual, Poël, Hiphil, Hophal, Hithpaël.
Quę omnes nomen suum habent ab an-
tiquo Paradigmate פָּעַל *operatus est*; per-
indeac si nos Latinorum primam voca-
remus, AMO, secundam AMOR, tertiam
DOCEO, quartam DOCEOR, &c.

Porrò

Porrò ex hoc Paradigmate id solùm vsus loquendi sibi retinuit, vt prima litera cuiusque Radicis appelletur פ, Pe, secunda ע, Aijn, tertia ל; Lamed, seruato videlicet eo ordine, quo hæ tres literę in hoc verbo פעל collocatæ sunt. Quæ tres literarũ Radicalium appellationes, cùm vbique magnum vsum habeant, studiosis diligenter notandæ erunt. Cùm autem omnes Coniugationes vtriusque formæ verbis communes sunt, earum naturam, differentiam, vsum, regulas in Perfectis potissimùm declarabimus; non solùm quia de Perfectis priùs ordine agendum est, sed etiam quia illis cognitis, Imperfecta faciliùs addiscuntur.

CAPVT II.

De Coniugatione KAL.

Hæc coniugatio פָּעַל, vel usitatiùs קַל, Kal, id est, leuis seu expedita vocatur, quòd nullam initio Præteriti literam additiam habeat, nec grauetur puncto

Dagesch

Dageſch forti in ſecunda Radicali. Continet verba partim abſoluta, vt עָמַד *ſtetit*, partim tranſitiua, vt שָׁמַר *custodiuit*. Cæterum pro verborum Perfectorum paradigmate tam in hac coniugatione, quàm in ſequentibus delegimus verbum מָסַר *tradidit*, quòd præ alijs commodum & facile viſum fuerit.

INDICATIVVS.

Præteritum.

Numeri Singularis.

f. *Tradidit.*	מָסְרָה	*3. Perſ. Tradidit maſ.*	מָסַר
f. *Tradidiſti.*	מָסַרְתְּ	*2. Perſ. Tradidiſti. m.*	מָסַרְתָּ
		1. Perſ. Tradidi c.	מָסַרְתִּי

Numeri Pluralis.

		3. Perſonæ Tradiderunt. c.	מָסְרוּ
f. *Tradidiſtis.*	מְסַרְתֶּן	*2. P. Tradidiſtis m.*	מְסַרְתֶּם
		1. P. Tradidimus. c.	מָסַרְנוּ

BENONI

Plural.			Singular.
Tradentes.	מוֹסְרִים *Maſcul.*		מוֹסֵר
	מוֹסְרוֹת *Fœm. Tradens.*	*vel*	מוֹסְרָה
			מוֹסֶרֶת

PAVL

PAVL.

Plural.		Singul.	
Traditi.	מְסוּרִים	*Traditus.*	מְסוּר
Tradita.	מְסוּרוֹת	*Tradita.*	מְסוּרָה

FVTVRVM.

Num. Singul.

f. *Tradet.*	תְּמְסוּר	3. *Persona.*	*Tradet. m.*	יְמְסוּר
f. *Trades.*	תְּמְסְרִי	2. *Pers.*	*Trades. m.*	תְּמְסוּר
		1. *Pers.*	*Tradam. c.*	אֶמְסוּר

Num. Plural.

f. *Tradet & c.*	תְּמְסוּרְנָה	3. *Pers.*	*Tradent. m.*	יְמְסְרוּ
f. *Tradetis*		2.	*Tradetis. m.*	תְּמְסְרוּ
		1.	*Tradēmus. c.*	נִמְסוֹר

IMPERATIVVS.

Tradite.	מִסְרוּ	*Mascul.*	*Trade.*	מְסוּר
	מְסוּרְנָה	*Fœm.*		מְסְרִי

INFINITIVVS.

Tradere. מְסוּר *vel* מְסוּר

GERVNDIA.

A tradēdo.	*Ad tradendū.*	*Secundū tradendū.*	*In tradēdo.*
מִמְּסוּר	לִמְסוּר	כִּמְסוּר	בִּמְסוּר

Anno-

ANNOTATIO.

In hoc paradigmate, & alijs sequentibus non tantùm eæ literæ, quæ vel ab initio, vel in fine radicalibus adduntur, sed etiam singularum literarum puncta sedulò obseruanda sunt. Paradigmata enim discentibus instar regularũ esse debent. Quoniã verò multæ anomaliæ & exceptiones exceptionum multùm retardare solent progressum, idcirco non paucas studio reiecimus in caput de literarum punctorumq́ mutationibus. Quæ igitur hîc & in sequentibus coniugationum formis desiderari videbuntur, ibidem pleraque reperientur.

DE PRÆTERITO.

Tertia persona, quæ est ipsa Radix vel Thema, tres habet Punctorum formas. Prima est, cum ָ & ַ, vt פָּקַד. Hæc verborum est communis. Secunda cum ָ & ֵ, vt זָקֵן *senuit*, & coniugatur eodem modo, quo prima, vt זָקֵן, זָקַנְתָּ, excepto Benoni, de quo paulò pòst. Tertia forma, cum ָ & ֹ, vt יָכוֹל *potuit*. Hæc rarissima est, & retinet vbique suum cholem in præterito יָכוֹלְתָּ תִּי, præterquam in tertia persona fœmin.

fœmin. יָכְלָה *potuit*, & tertia plurali יָכְלוּ *potuerunt*.

II. Fœminea singularis sub vltima Radicis ע vel ח, habebit patach pro scheua, לָקַחַתְּ *accepisti*, שָׁמַעַתְּ *audiuisti*.

De Benoni.

I. Benoni sæpè habet cholem sine vau, עֹמֵד *stans*, לֹמֵד *discens*.

II. In verbis secundam formam præteriti habentibus, Benoni à præterito voce non distinguitur, vt דָּבֵק *adhæsit* & *adhærens*: & tum more Toarim ita inflectitur.

דְּבֵקִים:	*Mascul.*	דָּבֵק
דְּבֵקוֹת:	*Fœm.*	דְּבֵקָה *vel* דְּבֵקֶת

III. Vox fœminea duplex est. Prior status absoluti, posterior regiminis & affixorum. Quod si vltima Radicis sit gutturalis, pro duplici segol ponitur duplex patach שֹׁמַעַת *audiens*, & hoc etiam pro sequentibus Coniugationibus notandum est.

Benoni sine pronomine, explicatur per participium, vt מוֹסֵר *tradens*: cum pronomine autem per verbum, vt

Fœm.

Fœm.		Singul.		Mascul.
מוֹסֶרֶת	הִיא Tradit.	מוֹסֵר	הוּא Tradit.	
	אַתְּ Tradis.		אַתָּה Tradis.	
	אֲנִי Trado.		אֲנִי Trado.	

Fœm.		Plural.		Mascul.
מוֹסְרוֹת	הֵן tradunt.	מוֹסְרִים	הֵם tradunt.	
	אַתֵּן traditis.		אַתֶּם traditis.	
	אֲנַחְנוּ tradimus.		אֲנַחְנוּ tradimus.	

De Pavl.

In Paul, loco ſcurec, reperitur aliquando ֻ, vt לָבֻשׁ *indutus*. Intranſitiua hoc tempore carent, vt נָפַל *cecidit*. עָמַד *ſtetit*.

ANNOTATIO.

Quædam vtrique participio communia ſunt, I. patach ſuffuratum (de quo diximus pag. 9.) ſi vltima ſit gutturalis ע, ח, פֹּתֵחַ aperiens, פָּתוּחַ apertus. שׁוֹמֵעַ audiens. שָׁמוּעַ auditus. *Imò in Benoni transfertur aliquando patach ſub ſecundam locò tſere* נֹטַעַ plantans, *pro* נֹטֵעַ. *II. Regimen more ſubſtantiuorum; quamobrem etiā puncta mutant* פֹּעֲלֵי אָוֶן *Pſ. 5. 6.* facientes iniquitatem. חֹבֵר עֲצַבִּים factus ſocius idolorum. *III. in nonnullis verbis participium vtrunque deſideratur, vt*

קָרַב appropinquauit, רָחַק elõgauit, in quibus Tzirv venit loco utriusque participij. קָרוֹב propinquus, רָחוֹק longinquus, &c.

De Futuro.

I. In Futuro quatuor literæ אית״ן studiose notandæ sunt, quæ themati præfixæ, personas ipsius ubique formare, & distinguere solent, vt in paradigmate cernere licet. Cæterùm de punctis harum literarum fusiùs agemus in secunda & tertia Regula Gerundiorum.

II. In Futuro secunda masculina, & tertia fœminea singulares, per omnes omnium verborum coniugationes, eandem prorsus vocem habent, vt תִּמְסוֹר Trades, m. & Tradet, f. Eodem modo tertiæ & secundæ personæ pluralis numeri tantùm vna vox vbique tribuitur, vt תִּמְסוֹרְנָה, tradent, & tradetis, f.

III. Vltima non tantùm est cholem, vt יִמְסוֹר, sed etiam patach, in ijs maximè, quæ vel neutra sunt, vt יִשְׁכַּב accumbet: vel secundam tertiamve gutturalem habent, vt יִגְאַל redimet, יִפְתַּח aperiet. Sunt quæ vtramque terminationem admittunt,

tunt, vt יִשְׁבּוֹת & יִשְׁבֹּת, à שָׁבַת *cessauit.*

ANNOTATIO.

Plurale fœmininum aliquando ultimum ה *abjicit, 2. Sam. 13. 18.* תִּלְבַּשְׁן induent, *sic olim legerunt Grammatici, nunc autem habetur* תִּלְבַּשְׁנָה. *Cholem primæ personæ futuri propter* ה *paragogicum transit in scheua Ps. 39. 2.* אֶשְׁמְרָה custodiam.

De Imperativo.

I. Vltima Imperatiui sequitur terminationem futuri, שְׁמוֹר *custodi*, שְׁלַח *mitte.*

II. *Si secunda sit gutturalis*, ita puncta scribuntur, Ps. 34. 9. טַעֲמוּ *gustate*, Is. 47. 2. טַחֲנִי *mole*. Sed si prima sit gutturalis, ferè hoc modo חֶשְׂפִּי *discooperi*. ibid.

III. Pluralis fœminina aliquando vltimum ה cum præcedente camets abjicit, vt Gen. 4. 23. שְׁמַעַן *audite* pro שְׁמַעְנָה. Aut contrà excidit נ, seruato ה, vt Isa. 32. 11. חֲגוֹרָה *accingite.* פְּשֹׁטָה *exuite vos.* רְגָזָה *turbamini* pro חֲגֹרְנָה, פְּשֹׁטְנָה, רְגַזְנָה. Sic עֹרָה *nudate vos*, pro עֹרְנָה ab עוּר, nisi potius sint Infinitiui pro Imperatiuis, vt sæpius accidit.

ANNOTATIO.

Propter ה *paragogicum prima Radicis habet plerunque* ְ, *ut* זָכְרָה *memento. Interdum tamen legitur etiam cum quibusdam aliis punctis. Pluralis masculina sub prima Radicis habet quandoque* ְ, *ut Ier. 2. 12.* חָרְבוּ desolamini. *Ezech. 32. 20.* מָשְׁכוּ trahite. *Cum accentibus distinguentibus pluralis masculina à forma* שְׁמוֹר *facit* שְׁמֹורוּ custodite, *à forma* שְׁלַח, שְׁלָחוּ mittite.

De Infinitivo.

Infinitiui formæ tres inueniuntur מָסוֹר מְסוֹר מְסַר. Primæ (מָסוֹר) ferè potissimus usus est, vt iungatur alijs modis, augendæ significationis causa, vt in Syntaxi dicetur; Cholem in vltima hîc frequentius habent actiua, quàm patach (etiam illa, in quibus tertia gutturalis) זָכוֹר *meminisse,* פְּתוֹחַ *aperire,* שְׁמוֹעַ *audire.* Neutra ferè amant patach שְׁכַב *accumbere.*

De Gerundiis.

I. Gerundia formantur ex secunda & tertia forma Infinitiui, præpositis literis huius

huius vocis בְּכָלַם: quę recepto more literæ BACHLAM, vel Gerundij appellantur. Porrò ex his ipsis literis, בכל hoc commune habent cum tribus literis futuri יתן quòd recipiant chiric paruum sequente scheua quiescente, vt in paradigmate KAL vidimus. De punctis literæ מ, vide caput de literis seruilibus.

II. Si prima Radicis gutturalis est, quæ pro *scheua simplici* requirit -: vel ∵: tũc literæ יתן & בכל sub se habebunt punctum affine illi, quod est sub prima (affinia autem inter se sunt ∵ & ∵; itemque - & -:) vt יֶחֱשׂוֹף *discooperiet*, תַּעֲבוֹר *transibis*, נַעֲמוֹד *stabimus*. בַּעֲזוֹר *in auxiliando*, לַעֲמוֹד *ad standum*.

III. Quod si (vt sæpè fit) gutturales simplici scheua contentæ sint, nihilominus illæ literæ futuri & gerundij suum - vel ∵ retinebunt, vt יֶחְפּוֹץ *volet*, תֶּחְכַּם *sapies*, לַעְזוֹר *ad auxiliandum*, & sic de cæteris. Cur autem hîc gutturales sub se scheua simplex admittere possint, diximus supra pag. 15.

IV. Atque ex his Gerundijs efficitur

usitatissima circumlocutio Coniunctiui (vt etiam diximus pag. 56.) cui hæ literæ potissimùm inseruiunt, vt ex sequentibus exemplis clariùs intelligitur. בִּלְמוֹד נַעַר *in discendo puerum*, id est, *cùm disceret puer, postquam didicit puer*, vel, *didicisset*. Sic לִלְמוֹד נַעַר *ad discendum puerũ*, id est, *ut discat*, vel, *ut disceret puer*. מִלְּמוֹד נַעַר *à discendo puerum*, id est, *ne discat puer*. Eodem modo explicanda sunt verba actiua, quando accusatiuum post se regunt, vt בִּשְׁמוֹר אֶת-בַּיִת *quando custodit domum, &c.* לִשְׁמוֹר אֶת-בַּיִת *ad custodiendum*, vel, *ut custodiat domum*. מִשְּׁמוֹר אֶת-בַּיִת *à custodiendo*, vel, *ne custodiat domum*.

ANNOTAT.

Infinitiuus & Gerundia cum ה *paragogico sub prima radicali plerunque habent* ָ ְ*, ut Exod. 29. 29.* לְמָשְׁחָה ad vngedum. *Ex. 30. 18.* לְרָחְצָה ad lauandum: *aut sub secunda propter gutturalem, veluti Ezech. 8. 6.* לְרָחֳקָה ad elongandum: *Quæ verò habent formam tertiam (* מִסְפַּר *) cum* ה *paragogico, sub prima possunt chiric, Leuit. 20. 16.* לְרִבְעָה ad concumben-

bendum, *vel* א, *propter gutturalem, Leuit.* 6. 7. לְאַשְׁמָה ad delinquendum. *Quòd si secunda Radicis sit gutturalis, tunc ita scribitur, Psal.* 119. 20. לְתַאֲבָה ad desiderandum, *Ier.* 31. 12. לְדַאֲבָה ad dolendum.

CAPVT III.

De Coniugatione Niphal נִפְעַל

Nun נ est character huius coniugationis, in qua sunt verba Passiua superioris Actiuæ. vt מָסַר *tradidit,* נִמְסַר *traditus est,* כָּתַב *scripsit,* נִכְתַּב *scriptus est.* Reperiuntur tamen hîc etiam quædam actiua more deponentium apud Latinos, נִשְׁבַּע *iurauit,* נִלְחַם *pugnauit.* Est enim generalis regula, vt ea verba, quæ in Kal non sunt in vsu, cuiuscunque Coniugationis sint, exponantur iuxta significationem verborũ in Kal. Et Niphal habet interdum reciprocam significationem, vt Hithpaël, 2. Sam. 20. 10. נִשְׁמַר *custodiuit se, attendit sibi.* נִטְמְאוּ *polluerunt se.* Leuit. 18. 24.

INDICATIVVS.

Præteritum,

Plurale.		Singulare.
Com.		*Tradita est. Traditus est.*
נִמְסְרוּ	*3. Pers.*	נִמְסַר נִמְסְרָה
f. *masc.*		*f.* *Traditus es.*
נִמְסַרְתֶּם נִמְסַרְתֶּן	*2. Per.*	נִמְסַרְתָּ נִמְסַרְתְּ
		Traditus sum.
נִמְסַרְנוּ	*1. Per.*	*Com.* נִמְסַרְתִּי

BENONI.

Qui traditus est. — *Qua tradita est.*

Masc. נִמְסָר נִמְסָרִים׃ *Fæm.* נִמְסָרָה *vel* נִמְסֶרֶת
נִמְסָרוֹת

FVTVRVM.

m.		*f.* *Tradetur.*
יִמָּסְרוּ *2. & 3. f.* תִּמָּסַרְנָה׃	*3. Pers.*	יִמָּסֵר תִּמָּסֵר׃
m.		*f.*
תִּמָּסְרוּ	*2. P.*	תִּמָּסֵר תִּמָּסְרִי׃
נִמָּסֵר	*1. P.*	*com.* אֶמָּסֵר׃

IMPERATIVVS.

Tradere tu. Tradimini vos.

Masc. הִמָּסֵר הִמָּסְרוּ׃ *Fæm.* הִמָּסְרִי הִמָּסַרְנָה׃

INFINITIVVS.

הִמָּסֵר *Tradi.*

Gerundia בְּהִמָּסֵר כְּהִמָּסֵר לְהִמָּסֵר מֵהִמָּסֵר׃

De Præterito.

Litera נ characteristica habet chiric, sequente scheua muto. Quòd si prima radicis gutturalis est, tunc ipsum נ habebit ֶ, vel ֱ, נֶעֱרַךְ *ordinatus est*; נֶעְכַּר *turbatus est*. Reperitur tamen etiam prima radicalis cum segol. Sam. 4. 19. נֶהֶפְכוּ *versi sunt*. 2. Reg. 3. 23. נֶחֶרְבוּ *occisi sunt*. Tertia masculina exit interdum in cholem, Esth. 9. 1. נֶחְתּוֹם *signatus est*, 1. Paral. 5. 20. נֶעְתּוֹר *exorabilis fuit*.

De Benoni.

Benoni habet camets, vt differat à præterito. Fœminina vox posterior ob gutturalem tertiã recipit duplex patach, נִשְׁלַחַת *missa est*; de quo etiam supra p. 64.

Pavl participium passiuum in quatuor Coniugationibus, scilicet, Niphal, Pual, Hophal, & Hithpaël, desideratur.

De Futuro Imperatiuo & Infinitiuo.

I. Hæc tria carent figuratiua נ, illudq; per Dagesch primæ Radicali infixum compensant. Hoc vt sentiri possit, Impe-

ratiuo & Infinitiuo præponitur ה, quod in futuro necesse non est, cùm id literæ יתאן præstare possint. א futuri interdum est cum chiric אֶפָּלֵט *eruar*. Quòd si prima radicis non admittat Dagesch, tunc literæ futuri, & ה habebunt tsere, Is. 5. 6. יֵעָדֵר *fodietur*, *congeretur*, הֵעָדֵר *foditor*, vel *fodi*, nam Imperatiui & Infinitiui vox eadē est.

II. Vltimum punctum est tsere, quod tamen si dictio fiat Milelj mutatur in Segol, vt אֶמָּסֶר *tradar*, הִמָּסֶר. Interdum in ‸,(etiam si dictio non sit Milel) vt Ezech. 32. 28. תִּשָּׁבַר *contereris*, Atq; hoc in ijs, quorū tertia Radicis est ח aut ע, breuitatis causa fieri videtur, vt Ps. 9. 19. יִשָּׁכַח *obliuioni tradetur*. & Ez. 19. 9. יִשָּׁמַע *audietur*, pro יִשָּׁכֵחַ & יִשָּׁמֵעַ.

III. In Gerundijs ה adiectitiū aliquando omittitur, & tunc literæ בכל possident punctum ipsius, vt Thre. 2. 11. vt בֵּעָטֵף *cum deficeret*. Prou. 24. 17. בִּכָּשֵׁל *cùm corrueret*, pro בְּהִכָּשֵׁל, בְּהֵעָטֵף: ם vbique post se ה retinet.

IV. Imperatiuus & Infinitiuus interdum pe rfectus reperitur, id est, cum נ figura-

gura duo, Esth. 3.13. נִשְׁלוֹחַ mittere & mitti, 1. Sam. 20.28. נִלְחוֹם pugna & pugnare.

CAPVT IV.

De Coniugatione Piel. פִּעֵל

Character huius Coniugationis est Dagesch impressum secundæ literæ Radicis, præcedente chiric paruo, מִסֵּר. Actiua hîc habent significationem vehementiorem, vt שָׁבַר *fregit* in KAL, in Piel שִׁבֵּר *confregit*. Quam significationem in nostris Paradigmatis per aduerbium *Diligenter* explicabimus, vt מָסַר *tradidit*, מִסֵּר *diligenter tradidit*. Et quæ in KAL erant neutra, hîc sunt actiua הָלַךְ *ambulauit*, הִלֵּךְ *deduxit, ambulare fecit*. *Sunt etiam* hîc verba, quæ contrariam habent significationem, vel nomini, vnde veniunt, vt שֵׁרֵשׁ *eradicauit* à שֹׁרֶשׁ *radix*, vel alijs coniugationibus, vt חָטָא in kal *peccauit*, in Piel, חִטֵּא *expiauit*. Reperiuntur etiam hîc verba, quæ in KAL non sunt in vsu, vt הִלֵּל *laudauit*, אִזֵּן *auscultauit*.

INDICATIVVS.

Præteritum.

Plural.

Plural.		Singul.
com.		*Diligenter tradidit.*
f. מִסְּרוּ	*3. Per.*	מִסֵּר מִסְּרָה
מִסַּרְתֶּם מִסַּרְתֶּן	*2. Perſ.*	מִסַּרְתָּ מִסַּרְתְּ
מִסַּרְנוּ	*1. Per.*	*Com.* מִסַּרְתִּי

BENONI.

Fœm.	Maſcul.
	Diligenter tradens.
מְמַסֶּרֶת *vel* מְמַסְּרָה	מְמַסֵּר מְמַסְּרִים

מְמַסְּרוֹת

PAVL.

Fœm.	*Dilig. Traditus.*
מְמֻסֶּרֶת *vel* מְמֻסָּרָה	מְמֻסָּר מְמֻסָּרִים

מְמֻסָּרוֹת

FVTVRVM.

Plural.		Singul.
		Diligenter tradet.
f. יְמַסְּרוּ	*3. Perſ.*	יְמַסֵּר תְּמַסֵּר
תְּמַסֵּרְנָה תְּמַסְּרוּ	*2. Perſ.*	תְּמַסֵּר תְּמַסְּרִי
נְמַסֵּר	*1. Perſ.*	*Com.* אֲמַסֵּר

IMPERATIVVS.

Fœm.	Maſcul.
מַסְּרִי מַסֵּרְנָה	מַסֵּר מַסְּרוּ *Dilig. trade.*

Infinitiuus. מַסֵּר *Diligenter tradere.*

בְּמַסֵּר כְּמַסֵּר לְמַסֵּר מִמַּסֵּר Gerundia.

Regu-

Regulæ Coniugationis Piel.

I. Tsere ob Maccaph mutatur in segol, Prou. 14. 6. בִּקֶּשׁ־לֵץ *quæsiuit illusor.* Idem accidit sine Maccaph, דִּבֶּר *locutus est,* כִּפֶּר *expiauit.*

II. Radicis secunda reperitur cum patach, שִׁבַּר *contriuit,* & hoc plerunque quãdo tertia est ח aut ע, שִׁלַּח *dimisit,* בִּלַּע *absorbuit.* *Hæ duæ Regulæ* etiam in futuro, & reliquis duobus modis locum habent, vt יְגַלַּח *radet,* שַׁלַּח *dimitte & dimittere.*

De Participijs & Infinitiuis.

Participia huius Coniugationis (vt & in *hiphil* & hithpael) initio asciscunt מ. Infinitiui vltima habet etiam cholem, יַסּוֹר *castigare.* Triplex ergò illius forma erit, סַפֵּר, סַפֵּר, & סַפּוֹר.

Regula generalis huius Coniugationis.

Quando secunda Radicis est gutturalis aut ר, quæ Dagesch non recipiant, tũc ad illud supplendum per omnes modos mutãtur puncta breuia in longa, scilicet

chiric

chiric in tsere, patach in camets, kibbuts in cholem, vt בֵּרַךְ *benedixit*, מְבָרֵךְ *benedicens*, מְבוֹרָךְ *benedictus*, יְבָרֵךְ *benedicet*, בָּרֵךְ *benedic & benedicere, &c.*

ANNOTATIO.

Sæpè tamen nulla fit compensatio τοῦ *Dagesch, sed prima Radicis suum breue punctum retinet, ut 2. Sam. 13.39.* נִחַם cōsolatus est, *1. Reg. 22.47.* בִּעֵר accendit, *Prou. 28.14.* מְפַחֵד pauens, *Gen. 1.2.* מְרַחֶפֶת mouens se, *vel* incubans, *Deut. 4.27.* יְנַהֵג ducet, *Gen. 19.22.* מַהֵר festina. *Et hoc præcipuè, quando secunda est* ע, ח, *aut* ה, *ut in his exemplis cernis. Imo nec secunda thematis Dagesch habet, licet ipsius capax sit,* הַלְלוּ laudate, מִלְאוּ impleuerunt.

CAPVT V.

De Coniugatione PVAL. פֻּעַל

Hæc Coniugatio passiua est superioris actiuæ; characteris loco prima Radicis habet Kibbuts sequente Dagesch forti.

INDICATIVVS.

Præteritum.

Plural.		Singul.
		Dil. Traditus est.
מֻסְּרוּ	*3. Perʃ.*	מֻסַּר ׀ מֻסְּרָה
מֻסַּרְתֶּם מֻסַּרְתֶּן	*2. Perʃ.*	מֻסַּרְתָּ מֻסַּרְתְּ
מֻסַּרְנוּ	*1. Perʃ.*	מֻסַּרְתִּי

BENONI.

Fœm.	Maſcul.
	qui dil. traditur.
מְסֻרָה מְסֻרוֹת	מְסֻר׃ מְסֻרִים

FVTVRVM.

Plural.		Singul.
		dilig. traditum.
יְמֻסְּרוּ	*3. Perʃ.*	יְמֻסַּר תְּמֻסַּר
תְּמֻסְּרוּ תְּמֻסַּרְנָה	*2. Perʃ.*	תְּמֻסַּר תְּמֻסְּרִי
נְמֻסַּר	*1. Perʃ.*	אֲמֻסַּר

Infinitiuus, מֻסּוֹר *dilig. tradi.*

Quando ſecunda eſt gutturalis aut ר, prima præteriti habebit cholem [illegible]. טֹרַף *raptus vel diſcerptus eſt.* בֹּעַר *incenſus eſt, exarſit*, à בִּעֵר *extinxit.* Nam & in Pual contraria ſignificatio reperitur, prout initio Coniugationis Piel dictum eſt. Sic Prou. 13. 4. futurum יְבֹרַךְ *benedicetur.*

ח tamen

ה, tamen ante se tolerat Kibbuts, Prou. 30. 12. רֻחַץ *lotus est*.

CAPVT VI.

De Coniugatione Poel, פּוֹעֵל

Deservit præcipuè verbis quiescentibus Ajin, quæ loco Piel amant Poël, & quandoque defectivis Ajin, quorum aliqua videntur modò actiuam, modò passiuam significationem habere, vt חוֹלֵל *formauit* & *formatus est*, & si qua alia sunt eiusmodi; quemadmodum apud Latinos *criminor te*, & *criminor abs te*.

INDICATIVVS.

Præteritum.

Plur. Sing.

Tradidit & traditus est.

Plur.		Sing.
מוֹסְרוּ	3. Pers.	מוֹסֵר מוֹסְרָה
מוֹסַרְתֶּם מוֹסַרְתֶּן	2. Pers.	מוֹסַרְתָּ מוֹסַרְתְּ
מוֹסַרְנוּ	1. Pers. Com.	מוֹסַרְתִּי

BENONI.

Tradens & qui traditur.

Plur.		Sing.
מְמוֹסְרִים מְמוֹסְרוֹת		מְמוֹסֵר מְמוֹסֶרֶת מְמוֹסְרָה

PAVL.

PAVL.

Fœm.	Mascul.
Tradita.	*Traditus.*
מְמוּסֶּרֶת vel מְמוּסָּרָה	מְמוּסָּר מְמוּסָּרִים׃
מְמוּסָּרוֹת׃	

FVTVRVM.

Plur.		Sing.
m		*f. Tradet & tradetur. m.*
f. תְּמוּסֶּרְנָה יְמוּסְּרוּ	*3. Pers.*	יְמוּסֵּר תְּמוּסֵּר
m. תְּמוּסְּרוּ	*2. Pers.*	*f.* תְּמוּסְּרִי *m.* תְּמוּסֵּר
נְמוּסֵּר	*1. Pers. Com.*	אֲמוּסֵּר

IMPERATIVVS.

Fœm.	Masc.
Trade & Tradere.	
מוּסְּרִי מוּסֶּרְנָה׃	מוּסֵּר מוּסְּרוּ׃

Infinitiuus, מוּסֵּר *Tradere & tradi.*

בְּמוּסֵּר כְּמוּסֵּר לְמוּסֵּר מִמּוּסֵּר

Præteritum terminatur etiam in patach מוּסַּר. Cæterùm quod ad inflexionem attinet, non differt hæc coniugatio à Piel, nisi prima Radicali, quæ semper habet vau quiescens in cholem, excepto Paul, in quo scurec ponitur.

CAPVT VII.

De Coniugatione Hiphil. הִפְעִיל

Pro charactere ponitur ה in principio, & י ante vltimam, vt הִמְסִיר. Porrò verba hîc propriè significãt alicuius actionis esse autorem, suasorem, impulsorem, &c. vt שָׁכַב *iacuit* in Kal, in Hiphil הִשְׁכִּיב *fecit iacere*. Sic שָׁמַע *audiuit*, הִשְׁמִיעַ *fecit audire*. Igitur quæ in Kal sunt neutra, hîc sunt actiua; & quæ ibi simplicem actionem significabant, hîc duplicem denotant. Sunt tamen, quæ simplicem tantùm actionem significant: vt הִשְׁלִיךְ *proiecit, deiecit*.

INDICATIVVS.

Præteritum.

Plural.			Singul.	
	Com.			*fecit tradere.*
	הִמְסִירוּ	*3. Pers.*	הִמְסִירָה	הִמְסִיר
f.	*m.*		*f.*	*m.*
הִמְסַרְתֶּן	הִמְסַרְתֶּם	*2. Pers.*	הִמְסַרְתְּ	הִמְסַרְתָּ
	הִמְסַרְנוּ	*1. Pers.*	*Com.*	הִמְסַרְתִּי

Beno-

BENONI

Foem.	Mascul.
	faciens tradere.
מַמְסִירָה *vel* מַמְסֶרֶת מַמְסִירוֹת:	מַמְסִיר מַמְסִירִים:

PAVL.

Foem.	Masc.
	Factus vel iussus tradere.
מֻמְסָרָה *vel* מֻמְסֶרֶת מֻמְסָרוֹת:	מֻמְסָר מֻמְסָרִים:

FVTVRVM.

Plur.		Sing.
		faciet tradere.
m. יַמְסִירוּ *f.* תַּמְסֵרְנָה	*3. Pers.*	יַמְסִיר תַּמְסִיר
m. תַּמְסִירוּ	*2. Pers.*	*m.* תַּמְסִיר *f.* תַּמְסִירִי
נַמְסִיר	*1 Pers. com.*	אַמְסִיר

IMPERATIVVS.

Foem.	Mascul.
	Fac tradere.
הַמְסִירִי תַּמְסֵרְנָה	הַמְסֵר הַמְסִירוּ:

Infinitiuus, הַמְסִיר *Efficere tradere, id est, ut tradat.*

De Præterito.

Si prima gutturalis est (quæ plerunque per totum HIPHIL habet scheua com-

positum) tunc ה figuratiua habebit segol, vt הֶעֱמִיד 2. Paral. 19. 8. *constituit:* vel patach, præsertim si vau copulatiuum præfigatur, Exo. 13. 12. וְהַעֲבַרְתָּ *& transire facies.*

De Participijs.

In vtroque participio (vt & in literis futuri יתאן,) abijcitur ה, & punctum eius transfertur ad מ, euphoniæ gratiæ, vt מַמְסִיר, pro מְהַמְסִיר, & יַמְסִיר pro יְהַמְסִיר.

Benoni sub מ seruat patach etiam ante gutturales, מַעֲמִיד *stare faciens.* Paul sub מ aliquando habet ָ, Exod. 26. 1. מָשְׁזָר *complicatus, retortus.* Prima Radicis gutturalis requirit ֳ, & ָ, sub מ, vt 1. Reg. 22. 35. מָעֳמָד *factus stare, constitutus.*

De Futuro Imperatiuo, & Infinitiuo.

I. Horum trium vltima syllaba recipit chiric vel tsere הַמְסֵר יַמְסֵר, etiam Iod quiescente nonnunquam ascripto, יַמְסִיר, verùm tsere ob maccaph transit in segol, Iud. 19. 4. יַחֲזֶק־בּוֹ *apprehendet eum*, & sic de alijs. Eadem vltima reperitur cum patach,

tach, maximè propter gutturales ח, ע, & ר, vt 1. Reg. 18. 30. יַבְטַח *faciet fidere*, 1. Sam. 15. 23. הַפְצַר *transgredi, nolle acquiescere*.

II. Gerundium, ל habens, quandoq; abijcit ה, illiusque punctum obtinet, If. 29. 15. לַסְתִּיר *ad abscondendum*, Amos 8. 4. לַשְׁבִּית *ad cessare faciendum*, pro לְהַסְתִּיר & לְהַשְׁבִּית.

Iod vltimum sæpè desideratur, manente solùm chiric paruo sub secunda Radicis, Ps. 26. 7. לַשְׁמִעַ *ad faciendum audire*, Ios. 11. 14. הִשְׁמִדָם *disperdere eos*.

CAPVT VIII.

De Coniugatione Hophal. הָפְעַל

Huius characteristica litera est ה cum ּ, continet passiua respondentia actiuis in Hiphil, vt הָמְסַר *factus est tradere*, id est, *iussus, impulsus ut traderet*.

INDICATIVVS.

Præteritum.

 Plural.

Plural.		Singul.
m.		*Factus est tradere.*
הָמְסְרוּ	*3. Pers.*	הָמְסַר הָמְסְרָה
f. *m.*		*f.* *m.*
הָמְסַרְתֶּם הָמְסַרְתֶּן	*2. Pers.*	הָמְסַרְתָּ הָמְסַרְתְּ
הָמְסַרְנוּ	*1. Pers. Com.*	הָמְסַרְתִּי

BENONI.

Fœm.	Masc.
	qui iubetur tradere.
הָמְסָרָה *vel* הָמְסֶרֶת	הָמְסָר הָמְסָרִים
הָמְסָרוֹת	

FVTVRVM.

Plur.		Singul.
m.		*Iubebitur tradere.*
f. יָמְסְרוּ	*3. Pers.*	יָמְסַר תָּמְסַר
תָּמְסַרְנָה *m.*		*f.* *m.*
תָּמְסְרוּ	*2. Pers.*	תָּמְסַר תָּמְסְרִי
נָמְסַר	*1. Pers. Com.*	אָמְסַר

Infinitiuus, הָמְסַר *iuberi tradi.*

ה & literæ futuri interdum loco ־ֻ admittunt: vt Ezech. 19. 12. הֻשְׁלַךְ proiectus est. Si prima Radicis est gutturalis, ea habebit ־ֳ, & ה cametz in tota Coniugatione, הָעֳמַד *constitutus est*. Eadem est ratio futuri יָעֳמַד *constituetur.*

ANNO-

ANNOTATIO.

In Coniugationibus Pual & Hophal Imperatiuum & Gerundia prætermisimus, eò, quòd non facilè reperiantur, & ex alijs iam dictis satis constet, quomodo sint formanda.

CAPVT IX.

De Coniugatione HITHPAEL.

הִתְפַּעֵל

Hæc Coniugatio formatur ab Imperatiuo Piel, cui characteris loco syllaba הִתְ praefigi solet, vt à סַפֵּר fit הִתְסַפֵּר. Est actiua, & passiua simul, id est, significat actionem eiusdem in seipsum, atque idcirco nulla est passiua huic respondens. Inuenitur nonnunquam significationis kal, vt Exod. 21. 19. הִתְהַלֵּךְ *ambulauit*. quædam hîc fictionem seu simulationem significant, vt Prou. 13. 7. הִתְעַשֵּׁר *simulauit se diuitem*, 2. Sam. 13. 2. הִתְחַלָּה *simulauit se ægrotum*.

INDICATIVVS.

Præteritum.

Plurale. Singulare.

Com. *Tradidit seipsum*

הִתְמַסֵּר הִתְמַסְּרָה *3. Pers.* הִתְמַסְּרוּ

m. *f.* *m.* *f.*

הִתְמַסַּרְתָּ הִתְמַסַּרְתְּ *2. Pers.* הִתְמַסַּרְתֶּם הִתְמַסַּרְתֶּן

m.

הִתְמַסַּרְתִּי *com.* *1. Pers.* הִתְמַסַּרְנוּ

BENONI.

Fœm. Mascul.

Tradens seipsum.

מִתְמַסֵּר מִתְמַסְּרִים: מִתְמַסְּרָה *vel* מִתְמַסֶּרֶת
מִתְמַסְּרוֹת

FVTVRVM.

Plural. Singul.

Com. *Tradet seipsum.*

יִתְמַסֵּר תִּתְמַסֵּר *3. Pers.* יִתְמַסְּרוּ *f.* תִּתְמַסֵּרְנָה

m. *f.* *m.*

תִּתְמַסֵּר תִּתְמַסְּרִי *2. Pers.* תִּתְמַסְּרוּ

אֶתְמַסֵּר *Com.* *1. Pers.* נִתְמַסֵּר

IMPERATIVVS.

Fœm. Mascul.

Trade seipsum.

הִתְמַסֵּר הִתְמַסְּרוּ: הִתְמַסְּרִי הִתְמַסֵּרְנָה:

Infinitiuus. הִתְמַסֵּר *Tradere seipsum.*

בְּהִתְמַסֵּר כְּהִתְמַסֵּר לְהִתְמַסֵּר מֵהִתְמַסֵּר *Gerūdia.*

Regulæ Coniugationis Hithpaël.

I. Vt in Piel, ita hîc secunda Radicis habet Dagesch הִתְמַסֵּר cuius si capax non fuerit,

erit, prima requirit camets loco patach, הִתְפָּאֵר, *gloriatus est*. Tsere vltimæ syllabæ mutatur in segol ob maccaph הִתְהַלֶּךְ-נֹחַ *ambulauit Noe*. Vltima habet etiam patach. 2. Paral. 23. 1. הִתְחַזֵּק *confirmauit se*.

II. Syllaba הִת semper præponitur primæ radicali, exceptis verbis, quæ primam Radicalem habent vnam ex his dentalibus ש, צ, ס, ז, vbi alia collocandi ratio per totum *Hithpaël* seruatur. Quæ enim incipiunt à ס, *vel* ש, non ponunt ת, illius syllabæ characteristicæ ante primam Radicis, sed pòst, vt Ecclef. 12, 5. הִסְתַּבֵּל *onerauit se*, à סָבַל, הִשְׁתַּמֵּר *custodiuit se*, à שָׁמַר. Quę à צ, non tantùm postponunt ת, sed mutant illud in ט, הִצְטַדֵּק *iustificauit se*, à צָדַק. Quæ à ז, postpositũ illud ת, vertunt in ד, vt הִזְדַּמֵּן *præparauit se*. Sunt autẽ ט & ד, cognatæ litteræ *seu* ת.

ANNOTATIO.

I. *Segol pro Patach inuenitur sub prima Radicis* הִנֶּחָמְתִּי *Ezech* 5. 13. consolatus sum me, *vbi etiam* ת, *omissum per Dagesch cõpensatur*.

II. *Verba, q̃ habent Poel loco Piel, mutant etiã Hithpaël in Hithpoël, quod eodem modo inflectitur, quo Poël, præposita solùm syllaba* הִת.

Tabu-

Hithpael.	Hophal.	Hiphil.	Poel.
Tradidit seipsum. הִתְמַסֵּר	*Factus vel iussus est tradere.* הָמְסַר	*Fecit tradere.* הִמְסִיר	*Tradidit, vel traditus est.* מוֹסַר
Tradens seipsum. מִתְמַסֵּר	*Qui iubetur tradere.* הָמְסַר	*Faciens tradere.* מַמְסִיר	*Tradens, vel qui traditur.* מְמוֹסֵר
Caret.	Caret.	*Factus vel iussus tradere.* מָמְסָר	*Traditus.* מְמוֹסָר
Tradet seipsum. יִתְמַסֵּר	*Iubebitur tradere.* יָמְסַר	*Faciet tradere.* יַמְסִיר	*Tradet, vel tradetur.* יְמוֹסֵר
Trade teipsum. הִתְמַסֵּר	Caret.	*Fac tradere.* הַמְסִיר	*Trade, vel tradere tu.* מוֹסֵר
Tradere seipsum. הִתְמַסֵּר	*Iuberi tradere.* הָמְסַר	*Facere tradere.* הַמְסִיר	*Tradere, vel tradi.* מוֹסֵר

PVAL.

Pual.	Piel.	Niphal.	Kal.	
Diligenter traditus est. מֻסַּר	*Diligēter Tradidit.* מִסֵּר	*Traditus est.* נִמְסַר	*Tradidit.* מָסַר	*Præteritum.* עָבַר
Diligenter traditur. מְמֻסָּר	*Diligen. tradēs.* מְמַסֵּר	*Traditur.* נִמְסָר	*Tradens.* מוֹסֵר	*Benoni.* בֵּינוֹנִי
Caret.	*Dilig. traditus.* מְמֻסָּר	*Caret.*	*Traditus.* מָסוּר	*Paul.* פָּעוּל
Diligenter tradetur. יְמֻסַּר	*Dilig. tradet.* יְמַסֵּר	*Tradetur.* יִמָּסֵר	*Tradet.* יִמְסוֹר	*Futurum.* עָתִיד
Caret.	*Dilig. trade.* מַסֵּר	*Tradere tu.* הִמָּסֵר	*Trade.* מְסוֹר	*Imperatiuum.* צִוּוּי
Diligenter tradi. מֻסּוֹר	*Dilig. tradere.* מַסֵּר	*Tradi.* הִמָּסֵר	*Tradere.* מָסוֹר	*Infinitiuus.* מָקוֹר

DE VERBIS IMPERFECTIS.

De Diuisione Imperfectorum, & de Formis Quiescentium.

Imperfecta verba quadruplicia sunt; I. Quiescentia, quæ inter coniugandum vnam ex Radicalibus literis amittunt, & amissam longo puncto compensant. II. Defectiua, quæ item vnam amittunt, & in eius locum substituunt Dagesch. III. Composita, quæ non vno duntaxat modo, sed pluribus imperfecta sunt, vt infra patebit. IV. Verba quatuor, aut quinque literarum. Atque hæc omnia, quantum necesse fuerit, ordine explicaturi, initium faciemus à quiescentibus, quòd ea multis post Perfecta faciliùs, quàm Defectiua addisci posse videantur.

Quiescentium igitur, quinque formæ reperiuntur. I. Pe Aleph, vt אָמַר *dixit*. II. Pe Iod. יָשַׁב *sedit*. III. Aijn Vau, vel Iod, שׂוּם *ponere*. בִּין *intelligere*. IV. Lamed Aleph, מָצָא *inuenit*. V. Lamed ה, קָנָה *possedit*.

ſedit. Porrò hîc meminiſſe oportet, per Pe, intelligi primam Radicis literam, quęcunque illa fuerit: per Ajin, ſecundam: per Lamed, tertiam. Ergo quieſcentia Pe Aleph, ſunt illa, quæ habent primam literam א: Quieſcentia Ajin Vau, vel Iod, quæ ſecundam habent Vau, vel Iod: Quieſcentia Lamed Aleph, quæ tertiam habent Aleph. Et ſic de cæteris tam quieſcentibus, quàm Defectiuis dicendum eſt.

CAPVT X.

De Quieſcentibus Pe Aleph.

Hæc ferè à Perfectis non differunt, niſi quòd in prima perſona futuri coniugationis Kal, א Radicale abijciunt, ne duo א concurrant; & in toto futuro habet cholem in prima ſyllaba.

KAL.

Paul.	Benoni.	Præteritum.
Dictus.	*Dicens.*	*Dixit.*
אָמוּר	אוֹמֵר	אָמַר
אֲמוּרִים *&c.*	אוֹמְרִים *&c.*	אָמַרְתָּ *&c.*

Futu-

FVTVRVM.

Plur.		Sing.
f. תֹּאמַרְנָה *m.* יֹאמְרוּ	*3. Perf.*	*f.* תֹּאמַר *m.* יֹאמַר *Dicet.*
m. תֹּאמְרוּ	*2. Perf.*	*f.* תֹּאמְרִי *m.* תֹּאמַר
נֹאמַר	*1. Perf.*	*Com.* אֹמַר

IMPERATIVVS.

Fœm.	Masc. *Dic.*
אִמְרִי אֱמֹרְנָה	אֱמוֹר אִמְרוּ:

Infinitiuus. אָמוֹר *vel* אֱמוֹר *Dicere.*

GERVNDIA.

בֶּאֱמוֹר כֶּאֱמוֹר לֶאֱמוֹר מֵאֱמוֹר

Futurum quædam habent integrum יֶאֱסֹף *ab* אָסַף collegit. *Verbum* אָהַב dilexit, *habet quidem integrè tertiam & secundam personam* יֶאֱהַב תֶּאֱהַב *sed in prima dicitur* אֹהַב *Malach. 1. 2. & Prou. 8. 16.* אֹהַב diligam. *Sic* אֵזֵל proficiſcar, *unde Ier. 2. 36.* תֵּזְלִי proficiſcêris. *Propter Vau conuerſiuum, & futurum Milel, mutatur plerunque patach in ſegol.* וַיֹּאמֶר וַתֹּאמֶר & dixit. *Legitur etiam 2. Sam. 19. 13.* תֹּמְרוּ dicetis, *ſine* א. *De contracto Gerundio* לֵאמוֹר ad dicendum, *egimus pag. 15.*

NIPHAL.

NIPHAL.

Futurum.	Benoni.	Præteritum.
Dicetur יֵאָמֵר.	*Qui dicitur* נֶאֱמָר.	*Dictum est* נֶאֱמַר
&c. אֵאָמֵר	&c. נֶאֱמָרִים	&c. נֶאֱמַרְתָּ

Gerundia.	Infinitiuus.	Imperatiuus.
&c. בְּהֵאָמֵר.	*Dici* הֵאָמֵר.	*Dicere tu* הֵאָמֵר
		&c. הֵאָמְרוּ

Legitur in præterito נֹאחֲזוּ cõtenti sunt, possederũt, *Num. 32.30. pro* נֶאֶחֲזוּ, *Post tertiam personam futuri, omissa secunda, posuimus primã hîc & deinceps sæpius: eò quod* א *formatiua futuri peculiarem habeat difficultatem, cùm interdum aliud punctum requirat, quàm cætera formatiua. Infinitus exit quandoq; in cholem, Leuit. 7.18.* הֵאָכוֹל comedi.

PIEL.

Paul.	Benoni.	Præteritum.
Diligenter dictus,	*Dil. Dicens.*	*Dil. dixit.*
מְאֻמָּר	מְאַמֵּר	אִמֵּר
&c. מְאֻמָּרִים	מְאַמְּרִים	&c. אִמַּרְתָּ

Infinitiuus.	Imperatiuus.	Futurum.
Diligenter dicere.	*Dil. dic.*	*Diligetur dicet.*
אַמֵּר	אַמֵּר	יְאַמֵּר
&c. בְּאַמֵּר	&c. אַמְּרוּ	&c. אֲאַמֵּר

Excidit nonnunquam א, *ut Iob. 35. 11.* מַלֵּף docens, *pro* מְאַלֵּף. *Sic Eze. 28. 15.* אֻזֵּן auribus

bus percipiam. *pro* אֲאַזֵּן : *& 2. Sam. 22. 40.* תַּזֵּר accinges, *pro* תְּאַזֵּר. *In voce autem* מְאָדָּם rubefactus, *ponitur* ÷: *p kibbuts. Naum. 2. 4. Est enim Paul ex Piel.*

Pual.	Hophal.	Hithpael.
Præteritum.	Præterit.	Preteritum.
Diligenter dictus est.	*Factus est dicere.*	*Dixit seipsum*
אֻמַּר	הָאֳמַר	הִתְאַמֵּר
&c. אֻמַּרְתָּ	*&c.* הָאֳמַרְתָּ	*&c.* הִתְאַמַּרְתָּ

De his tribus nihil dicendum occurrit, cum in omnibus perfecta sint.

HIPHIL.

Paul.	Benoni.	Præteritum.
Factus dicere.	*Faciens dicere.*	*Fecit dicere.*
מָאֳמָר	מַאֲמִיר	הֶאֱמִיר
&c. מָאֳמָרִים	*&c.* מַאֲמִירִים	*&c.* הֶאֱמַרְתָּ

Infinitiuus.	Imperatiuus.	Futurum.
Facere dicere.	*Fac dicere.*	*Faciet dicere.*
הַאֲמִיר	הַאֲמִיר	יַאֲמִיר
&c. בְּהַאֲמִיר	*&c.* הַאֲמִירוּ	*&c.* אַאֲמִיר

Aleph occultatur interdum in tsere, Prov. 17. 4. מֵזִין auribus percipiens, *pro* מַאֲזִין. *& in camets, Iob. 32. 11.* אָזִין auribus percipiam. *pro* אַאֲזִין. *Item in patach, Is. 13. 20.* יַהֵל tentoria figet, *ab* אֹהֶל: *fortasse ut differat à* יָהֵל expandet,

det, lucere faciet. *ab* בָּלַל *In voce*, בַּיָאצֶל *Num.* 11. 25. & sepoſuit, א *quieſcit in camets expreſſè; occultè verò in* וַיָּרֶב 1. *Sam.* 15. 5. & tetendit inſidias, *pro* יַאֲרֵב, יַאְצֶל. אוֹבִיד perdã, *venit more quieſcentium Pe Iod, regulare eſſet* אַאֲבִיד. *Ier.* 46. 8 *Imperatiuus* הַאֲזֵנָּה *Gen.* 4.23. auribus percipite, *legitur pro* הַאֲזֵנָּה. *Sic Infinitus* לְהָכִיל *Ezech.* 21. 28. ad conſumendũ *pro* לְהַאֲכִיל.

CAPVT XI.

De Quieſcentibus Pe Iod.

In Præterito & Participijs Kal, item in toto Piel, Pual, & Hithpael hæc verba perfecta ſunt. In toto autem Niphal, Hiphil, & Hophal mutant ſuum Iod radicale in Vau, aut mobile, aut quieſcens; in cæteris ſequuntur Perfecta.

KAL.

Paul.	Benoni.	Præterit.
Habitatus.	*Habitans.*	*Habitauit.*
יָשׁוּב	יוֹשֵׁב	יָשַׁב
&c. יְשׁוּבִים	*&c.* יוֹשְׁבִים	*&c.* יָשְׁבָה

FVTVRVM.

Plural.		Singul.
		Habitabit.
f. תֵּשַׁבְנָה יֵשְׁבוּ	3. Per.	יֵשֵׁב תֵּשֵׁב
m.		f. m.
תֵּשַׁבְנָה תֵּשְׁבוּ	2. Pers.	תֵּשֵׁב תֵּשְׁבִי
נֵשֵׁב	1. Pers.	אֵשֵׁב

IMPERATIVVS.

Fœm.	Masc.
שְׁבִי שֵׁבְנָה	Habita. שֵׁב שְׁבוּ

Infinitiuus. שֶׁבֶת *ſedere.*

GERVNDIA.

בְּשֶׁבֶת, כְּשֶׁבֶת, לָשֶׁבֶת, מִשֶּׁבֶת.

Futurum ſæpè habet Iod radicale vel expreſſum, ut Pſ. 25. 13. יִירַשׁ poſſidebit. *Iob.* ... fugam: *vel ſuppreſſum in chiric, ut 1. Reg. 1. 1.* יִחַם calefiet. *1. Sam. 18. 20.* יִשַׁר & rectum fuit, placuit. *In* יֶחֱמוּ incaleſcent, *Gen. 30. 39. Iod eſt cum ſegol, quia* ח *habet* ∵. *Verbum* יָכוֹל potuit, *mutat Iod radicale in* ו, ... poterit. אֵיסוֹר, אֶסֹּר caſtigabo, ... *vel* ... *reſoluit vocalem longam in breuem & dageſch, Iſa. 8. 11. Vltima futuri habet etiam patach,* יִיטַב bene erit, יֵחַם caleſcet, יֵרַע diſplicebit, malus erit. *Et cholem,* ...

cru-

erubescet *Isa. 29. 22.* נִאוֹת acquiesce-mus, consentiemus, *Gen. 34. 15. à verbo* יָאַה. *Cæterū tsere ultima propter maccaph & vau conuersiuum mutatur in segol, ut* לֶךְ־נָא venìat quæso, וַיֵּשֶׁב & habitauit.

IMPERATIVVS *quandoq; habet patach, præsertim in ijs, quorū tertia est gutturalis, ut à* ידע *scivit, dicimus* דַּע scias, *m.* דְּעוּ scite, m. דְּעִי scias, *f.* דַּעְנָה scite, *f.* ה *paragogicum, si secum accentum habet, mutat tsere & patach in scheua, Gen. 45. 9.* רְדָה descende, *& 27. 19.* שְׁבָה habita. *In maioribus tamen distincti-onibus & tsere, & accentus manet in priori syl-laba* רֵדָה descende שֵׁבָה habita. *A* יָהַב dedit, *formatur* הַב *&* הָבָה da. הָבוּ *&* הָבוּ date.

INFINITIVVS *geminum habet patach, si tertia sit gutturalis, ut* דַּעַת scire. *Idem non-nunquam perfectus est, præsertim quando alte-ri verbo iungitur, ut Gen. 43. 19.* יָרֹד יָרַדְנוּ de-scendendo descendimus, *& tunc accedentib. literis Gerundij* לבכ *efficit chiric longum, ut Isa. 27. 11.* בִּיבֹשׁ cum aruerit. *Quædam abij-ciunt Iod absque additione* ה, *Ier. 42. 10.* שׁוֹב habitare. *Iob. 42. 2.* כּוֹל posse. *Denique alia partim Perfectorum, partim Imperfectorum*

 formam

formam recipiunt, Num. 14.16. יְכֹלֶת posse, *Gen. 8.7.* יְבֹשֶׁת arescere, exiccari, pro בְּלֹת, שֶׁבֶת, *quamuis illa quibusdam videantur esse nomina, sicut* קְטֹרֶת incensum. *Verùm hoc minus probabile.*

NIPHAL.

Plur.	Præteritum.	Sing.
		Habitatus est.
נוֹשְׁבוּ	3. *Pers.*	נוֹשַׁב נוֹשְׁבָה
נוֹשַׁבְתֶּם נוֹשַׁבְתֶּן	2. *Pers.*	נוֹשַׁבְתָּ נוֹשַׁבְתְּ
נוֹשַׁבְנוּ	1. *Pers.*	נוֹשַׁבְתִּי

Imperat.	Futurum.	Benoni.
Habitare iu.	*Habitabitur.*	*Qui habitatur.*
הִוָּשֵׁב	יִוָּשֵׁב	נוֹשָׁב
הִוָּשְׁבוּ &c.	אִוָּשֵׁב &c.	נוֹשָׁבִים

Infinit. הִוָּשֵׁב *habitari.* Gerundia, בְּהִוָּשֵׁב &c.

Quædam inueniuntur cum tsere, ut Is. 57.5. נֵחָם calefecit se. *Illud Gen. 8.* [illegible] & cæt. peccauit, *perfectum est.*

PIEL.

Paul.	Benoni.	Præterit.
מְיֻשָּׁב	מְיַשֵּׁב	יִשֵּׁב
מְיֻשָּׁבִים &c.	מְיַשְּׁבִים &c.	יִשְּׁבָה &c.

Infinit.	Imperat.	Futurum.
יַשֵּׁב	יַשֵּׁב	יְיַשֵּׁב
בְּיַשֵּׁב &c.	יַשְּׁבוּ &c.	אֲיַשֵּׁב &c.

In

In יֶחֱמַת (*Pf. 51. 7.*) calefecit (*fœm.*) *Iod habet segol, propter sequens* ֱ, *pro* יָחֱמָה. *Illud autem, Naum. 1. 4.* יַבֵּשׁ siccabit, *ponitur pro* יְיַבֵּשׁ:

PVAL.

Præterit.	Benoni.	Futur.	Infinit.
יֻשַּׁב	יְשֻׁב	יְיֻשַּׁב	יֻשּׁוֹב
יֻשְּׁבָה. &c.	יְשֻׁבִּים. &c.	אֲיֻשַּׁב. &c.	

Huius verbi significatio neque in Piel, neque in Pual reperitur, quare omisimus.

HIPHIL.

Singul.	Præteritum.	Plural.
Fecit habitare.		
הוֹשִׁיב הוֹשִׁיבָה	*3. Perf.*	הוֹשִׁיבוּ
הוֹשַׁבְתָּ הוֹשַׁבְתְּ	*2. Perf.*	הוֹשַׁבְתֶּם הוֹשַׁבְתֶּן
הוֹשַׁבְתִּי	*1. Perf.*	הוֹשַׁבְנוּ

Benoni.	Paul.
מוֹשִׁיב. *Faciens habitare*	מוּשָׁב. *Factus habitare*
מוֹשִׁיבִים &c.	מוּשָׁבִים &c.

FVTVRVM.

Singul.	Plural.
Faciet hab.	
יוֹשִׁיב תּוֹשִׁיב	יוֹשִׁיבוּ תּוֹשֵׁבְנָה
תּוֹשִׁיב תּוֹשִׁיבִי	תּוֹשִׁיבוּ
אוֹשִׁיב	נוֹשִׁיב

 Impe-

IMPERATIVVS.

Fœm. Masc.

Fac habitare.

הוֹשִׁיבִי הוֹשֵׁבְנָה הוֹשֵׁב הוֹשִׁיבוּ

Facere habitare.

Infinit. הוֹשִׁיב Gerundia, בְּהוֹשִׁיב, &c.

Illa, quæ in Kal huius ordinis Iod radicale seruant in futuro, id etiam hîc seruant; interdum adſcriptum, interdum latens in Tſere, & hoc non ſolùm in futuro, ſed etiam per totam Coniugationem, excepto Paal, ut הֵטִיב *vel* הֵיטִיב benefecit. מֵטִיב *vel* מֵיטִיב benefaciens. יֵיטִיב *vel* יֵיטִיב *vel* יֵיטִיב benefaciet. הֵטִיב *vel* הֵיטֵב benefac & benefacere, *à* יָטַב bonus, gratus fuit. *Futuri accentus propter Vau conuerſiuum in priori ſyllaba poſitus mutat tſere, vel chiric in ſegol, 2. Reg. 17. 6.* וַיּוֹשֶׁב & habitare fecit. *Exprimitur nonnunquam* ה *Coniugationis ſymbolum, Pſ. 116. 6.* יְהוֹשִׁיעַ ſaluabit. *Legitur & Pſal. 138. 7.* יְהֵדַע notum faciet.

Imperatiuus interdum habet Iod mobile, ut Pſ. 5. 9. הַיְשַׁר dirige. הַיְצֵא fac exire. *Gen. 8. 17.*

APPENDIX.

Cum Coniugatio verbi יָלַל ululavit, *tironibus difficilior videri ſoleat, eam hîc ex ſcriptura locis ſimul proponemus.*

HIPHIL.

HIPHIL.

Benoni. Præteritum.

ululans. runt. aui. asti. ululauit.

מֵילִיל הֵילִילוּ הֵילַלְתִּי הֵילַלְתָּ הֵילִיל

FVTVRVM.

ululabunt. bit. ululabo.

אֵילִיל vel אֲיַלִּיל וְיֵלִיל vel יְיַלִּיל vel יְהֵילִילוּ

תְּיַלִילוּ *bitis, m.*

ululate m. ulula f. ulula m. Impet.

הֵילִיל vel הֵילִילוּ הֵילִילִי הֵילֵל vel הֵילִילוּ

Infinit. הֵילִיל *ululare. Cætera desunt.*

Illud 1. Sam. 4.19. לָלַת *multò conuenientiùs factum per syncopen dicitur ex* לְלֶדֶת ad pariẽdum, à יָלַד peperit, *quàm ex Gerundio Cal* לְלֵלַת *ad ululandũ, à* יָלַל *prout non solùm noster interpres, sed etiam nonnulli Rabbini docuerunt.*

HOPHAL.

Infinit. Futurum. Benoni. Præt. (re.

Iubeii habi. Iubebitur hab. Quis iubetur hab. Factꝰ est hab.

הוּשַׁב יוּשַׁב הוּשָׁב הוּשַׁב

&c. אוּשַׁב *&c.* הוּשָׁבִים *&c.* הוּשַׁבְתָּ

HITHPAEL.

Futurum. Benoni. Præterit.

יִתְיַשֵּׁב מִתְיַשֵּׁב הִתְיַשֵּׁב

&c. אֶתְיַשֵּׁב *&c.* מִתְיַשְּׁבִים *&c.* הִתְיַשַּׁבְתָּ

Infinitiuus.	Imperatiuus.
הִתְיַשֵּׁב	הִתְיַשֵּׁב
&c. בְּהִתְיַשֵּׁב	&c. הִתְיַשְּׁבוּ

Huius Coniugationis paradigma etsi usitatum non sit, nec esse possit; (quis enim dixerit, habitauit seipsum?) *alijs tamen verbis huc spectantibus inseruit.*

CAPVT XII.

De Quiescentibus Ajn Vau, vel Iod.

Non omnia verba, quorum secunda est Vau, ad hanc Quiescentium classem pertinet. Reperiuntur enim quædam, quorum secunda est Vau mobile, ut גָּוַע expirauit, רָוַח respirauit: *illa autem sunt, quorum tertia radicalis est* ה *quiescens, ut* אָוָה concupiuit. *Illa perfecta sunt; hæc ad ordinē Quiescentiū Lamed He pertinent. Eodem modo nec omnia Iod secundū habentia huc spectant, ut* אָיַב, אֹיַבְתָּ, אֹיַבְתִּי, odio habuit. *Hic enim Iod est mobile.*

Porro cum quiescentia Ajin Vau, & Ajin Iod eandem omnino Coniugationum formam habeant, satis fuerit unum utrisque, breuitatis causa, paradigma tribuere.

KAL.

KAL.

Præteritum.

Sing. *Posuit.* — Plur.

3. Pers. שָׂם שָׂמָה — שָׂמוּ

2. Pers. שַׂמְתָּ שַׂמְתְּ — שַׂמְתֶּם שַׂמְתֶּן

1. Pers. שַׂמְתִּי — שַׂמְנוּ

ponens. שָׂם שָׂמִים **Benoni.** שָׂמָה שָׂמוֹת

Positus. שׂוּם שׂוּמִים **Paul.** שׂוּמָה שׂוּמוֹת

FVTVRVM.

Sing. *Ponet.* — Plur.

יָשׂוּם תָּשׂוּם — יָשׂוּמוּ

תָּשׂוּם תָּשׂוּמִי — תָּשׂוּמוּ תְּשׂוּמֶנָה

אָשׂוּם — נָשׂוּם

IMPERATIVVS.

Masc. *Pone.* — Fœm.

שׂוּם שׂוּמוּ — שׂוּמִי שׂוּמֶנָה

Infinitiuus, שׂוּם *Ponere.*

GERVNDIA.

בְּשׂוּם כְּשׂוּם, לָשׂוּם מִשּׂוּם

Præteritum & Benoni formâ triplex est. I. Quædam habent camets, ut in paradigmate שָׂם *vides, & hæc forma usitatissima est. Paucula tamen reperiuntur cum patach* בַּז spreuit, לַט oblitus, obductus est. *II. Quædam habent tsere, & hoc modo coniugantur.*

Præteritum.

Plural.		Singul. *Mortuus est.*
מֵתוּ	*3. Perſ.*	מֵת מֵתָה
מַתֶּם מַתֶּן	*2. Perſ.*	מַתָּ מַתְּ
מַתְנוּ	*1. Perſ.*	מַתִּי

Benoni.

Fœm.	Maſc. *Moriens & mortuus.*
מֵתָה מֵתוֹת	מֵת מֵתִים

III. Quædam habent cholem, & ita inflectuntur.

Præteritum.

Plur.		Sing. *Fluxit.*
אוֹרוּ	*3. Perſ.*	אוֹר אוֹרָה
אוֹרְתֶּם אוֹרְתֶּן	*2. Perſ.*	אוֹרְתָּ אוֹרְתְּ
אוֹרְנוּ	*1. Perſ.*	אוֹרְתִּי

Benoni.

Fœm.	Maſc. *Illuxus.*
אוֹרָה אוֹרוֹת	אוֹר אוֹרִים

Cætera omnia hæ duæ poſteriores formæ communia habent cum paradigmate שָׂם: *Inuenitur aliquando in præterito Aleph quieſcens poſt camets* קָאם *ſurrexit, Oſe. 10.14. & mobile,* וְרָאֲמָה *& exaltabitur. Zach. 14.10.*

Futurum exit quoque in Cholem, præſertim

cum accentu distinguente וַיָּמֹת & mortuus eſt, וַיָּצוֹם & icimauit: *Extra accentum diſtinguentem, ſi antecedat Vau conuerſiuum, & retrahatur accentus in penultimam, aut ſequatur maccaph, mutatur cholem & ſchurec in ◌ָ, Gen. 14. 2.* וַיָּרָץ & cuſcarrit. *2. Sam. 19. 37.* יָשָׁב־נָא reuertatur quæſo: *Hoc tamen ipſo in loco (quando nimirum eſt vau conuerſiuum, & accentus retractus) quædam, quorum prima vel tertia radicis eſt gutturalis aut* ר, *habent* ◌ַ, *ut 1. Sam. 25. 14.* וַיָּעַט בָּהֶם & invectus eſt in eos. *Gen. 8. 4.* וַתָּנַח & requieuit. *Iud. 4. 18.* וַיָּסַר & declinauit, *Iud. 4. 21.* וַיָּעַף & defecit. *Ad differentiam tamen ſignificationis legimus Pſ. 18. 11.* וַיָּעֹף, *& Iſ. 6. 6.* וַיָּעָף volauit. *Vtraque enim ſignificatio in Radice* עוּף *reperitur.*

Imperatiuus & Infinitiuus habent etiam cholem מֹל circumcide, קוּם ſurgere. *Literæ verò Gerundij amant ſequens ſchurec* לָקוּם ad ſurgendum, בְּקוּם in ſurgendo. *Interdum utrique additur* ה *paragogicum* קוּמָה ſurge, שׁוּבָה reuertere, רֹעָה *confringere.*

NIPHAL.

NIPHAL:

Præteritum.

Plur.		Sing. *Positum est.*
נָשׁוֹמוּ	*3. Perf.*	נָשׁוֹם נָשׁוֹמָה
נְשׁוּמוֹתֶם נְשׁוּמוֹתֶן	*2. Perf.*	נְשׁוּמוֹתָ נְשׁוּמוֹת
נְשׁוּמוֹנוּ	*1. Perf.*	נְשׁוּמוֹתִי

Benoni.

Fœm.	Mascul. *Qui ponitur.*
נְשׁוֹמָה נְשׁוֹמוֹת	נָשׁוֹם נְשׁוֹמִים :

Futurum.

Plur.		Sing. *Ponetur.*
תִּשׁוֹמֶנָה. יִשּׁוֹמוּ	*3. Perf.*	יִשּׁוֹם תִּשּׁוֹם
תִּשּׁוֹמוּ	*2. Perf.*	תִּשּׁוֹם תִּשּׁוֹמִי
נִשּׁוֹם	*1. Perf.*	אֶשּׁוֹם

Imperativus.

Plur.	Sing. *Pone.*
הִשּׁוֹמִי הִשּׁוֹמְנָה	הִשּׁוֹם הִשּׁוֹמוּ :

Infinit. הִשּׁוֹם *poni.* Gerundia, בְּהִשּׁוֹם, *&c.*

Preteritum etiam reperitur cum Tsere, Zach. 2. 13. נֵעוֹר excitatus est. *Futuri litere, itemque* ה *figuratiuum, Imperatiui & Infinitiui habent tsere, si prima radicalis respuat Dagesch,* אֵעוֹר excitabor, הֵאוֹר illuminare tu, & illuminari. *Idē Tsere sortiuntur Gerundij litera*

literæ, abiecto הָאִיר *ad* illuminandum. *Vltima infinitiui nonnunquam est cum schurec, Is. 25. 10.* כְּהִדּוּשׁ sicut trituratur.

POEL.

Loco Piel habent hæc verba Poel: quæ coniugatio illorum est propria, ut diximus pag. 80. Formatur autem hoc Piel ex Infinitiuo Kal, mutato schurec in cholem, & repetita tertia radicali, ut à שׁוּם *fit* שׁוֹמֵם. *Sunt tamen nonnulla, quæ non recusant τὸ Piel, ut Esther. 9.* קִיְּמוּ *statuit, Dan. 1.* חִיֵּב debitorem, reum fecit.

Paul.	Benoni.	Præteritum.
Positus. Ponens, vel qui ponitur. Posuit, vel positus est.		
מְשׁוֹמָם	מְשׁוֹמֵם	שׁוֹמֵם
מְשׁוֹמָמִים *&c.*	מְשׁוֹמְמִים *&c.*	שׁוֹמְמָה *&c.*

Infinitiuus.	Imperatiuus.	Futurum.
Ponere vel poni. Pone vel ponere tu. Ponet, vel ponetur.		
שׁוֹמֵם	שׁוֹמֵם	יְשׁוֹמֵם
בְּשׁוֹמֵם *&c.*	שׁוֹמְמִי *&c.*	אֲשׁוֹמֵם *&c.*

Conuenit omnino cum Poël Perfectorum מוֹסֵר.

HIPHIL.

HIPHIL.

Plur.	Præteritum.	Sing.
הֵשִׂמוּ	3. Pers.	הֵשִׂים הֵשִׂימָה
הֵשַׂמְתֶּם הֵשַׂמְתֶּן	2. Pers.	הֵשַׂמְתָּ הֵשַׂמְתְּ
הֵשַׂמְנוּ	1. Pers.	הֵשַׂמְתִּי

Est & alia huius Præteriti forma:

Plural.		Singul.
הֵשִׂימוּ	3. Pers.	הֵשִׂים הֵשִׂימָה
הֲשִׂימוֹתֶם הֲשִׂימוֹתֶן	2. Pers.	הֲשִׂימוֹתָ הֲשִׂימוֹת
הֲשִׂימוֹנוּ	1. Pers.	הֲשִׂימוֹתִי

BENONI.

Fœm.	Masc.
מְשִׂימָה מְשִׂימוֹת	מֵשִׂים מְשִׂימִים

PAVL.

Fœm.	Masc.
מוּשֶׂמֶת מוּשָׂמוֹת	מוּשָׂם מוּשָׂמִים

FVTVRVM.

Plur.		Singul.
יָשִׂימוּ תְּשִׂימֶנָה	3. Pers.	יָשִׂים תָּשִׂים
תָּשִׂימוּ	2. Pers.	תָּשִׂים תָּשִׂימִי
נָשִׂים	1. Pers.	אָשִׂים

IMPERATIVVS.

Fœm.	Masculi.
הָשִׂימִי הָשֵׂמְנָה	הָשֵׂם הָשִׂימוּ

Infinitiuus, הָשִׂים *Facere ponere.*

Gerundia, בְּהָשִׂים, &c.

Præte-

ע״ו. *Præteriti forma posterior sub figuratiuo* ה, *prima & secunda persona habet etiam* ∵, *ut* הֲקִיצוֹתִי evigilaui: *vel patach, si prima est gutturalis, ut* הַעִירוֹתִי suscitare feci, *seruato chirec sub prima radicis, vel eius loco, tsere, ut* הֲשִׁבֹתֶם reddidistis. *Porrò Præteriti ultima tertiæ personæ, effertur etiam cum patach, ut Deut. 28. 52.* וְהֵצַר & faciet angustiam. *Ab* הֵמִית interfecit, *legitur* הֵמַתִּי הֵמַתֶּם הֵמַתֶּן הֵמַתָּה *pro* הֵמִיתוֹתִי הֲמִיתוֹתֶם הֲמִיתוֹתֶן. *Illud* הֵסַתָּה 1. *Reg. 21. 25.* incitauit, (*Iezabel*) *ponitur pro* הֵסִיתָה: *Amittitur interdum figuratiua* ה, *sed rarò, ut Iob. 33. 13.* רִיבוֹתָ litigasti, *Ier. 16. 16.* דִּיגוּ piscati sunt, *pro* הֲרִיבוֹתָ הְדִיגוּם.

Benoni habet etiam tsere, vel patach; sicut præteritum, ut Is. 44. 25. מֵפֵר dissoluens, מֵצַר obsidens. *Et* מְלִין *Exod. 16. &c. fit resolutio τοῦ tsere in patach & dagesch, præcipuè cum significat* murmurare.

ע״ו. *Futurum in ultima etiam admittit tsere* יָגֵל exultabit. *Quando ipsum fit Milel, aut habet vau conuersiuum, postulat segol* וַיָּגֶל & exultabit, *vel patach,* וַיָּמַר & amouit: *Tertia pluralis fœminea etiam est cum chiric, Ier. 44. 25.* תָּקִימְנָה statuetis; *vel mutat prius camets in*

schena

ſchena תְּהֻמַּנָה *tumultuabuntur. Mich.* 4.13.

Imperatiuus & Infinitiuus habent ultimam futuri, nimirum tſere, chiric & patach, הַקְרֵב pone & ponere, &c. הַשְׁמַע claude & claudere, à שָׁמַע, *quod cum vau mobili* וַיַּשְׁמַע *significet* clamauit. הָשֵׁב conuerte & conuertere.

Præterea Imperatiuus & Gerundia ſæpè incipiunt ſine ה *characteriſtico, Gen.* 24.2. שִׂים pone. *Pſ.* 48.14. לִין pernocta, לְרִיב ad diſceptandum, *pro* הָשִׂים, הָלִין, לְהָרִיב.

HOPHAL.

Præteritum.

Plural.	Singul.
הוּשְׂמוּ	הוּשַׂם הוּשְׂמָה
הוּשַׂמְתֶּם הוּשַׂמְתֶּן	הוּשַׂמְתָּ הוּשַׂמְתְּ
הוּשַׂמְנוּ	הוּשַׂמְתִּי

Benoni. הוּשָׂם הוּשָׂמִים *&c.*

Fvtvrvm.

Plur.		Sing.
יוּשְׂמוּ תּוּשַׂמְנָה	3. *Perſ.*	יוּשַׂם תּוּשַׂם
תּוּשְׂמוּ	2. *Perſ.*	תּוּשַׂם תּוּשְׂמִי
נוּשַׂם	1. *Perſ.*	אוּשַׂם

Infinitiuus, הוּשַׂם & הוּשַׂם

Schurec

Schurec nonnunquam resoluitur in Kibbuts & dagesch הֻקַּם conuersus est retrorsum.

שׂוּם *in suo Hiphil potius significat* ponere, *& in Hophal* poni: *ideo significationem his non apposuimus, quam tamen in sequenti Hithpoel propter alia verba addimus, licet scriptura eam non habeat.*

HITHPOEL.

Benoni.	Præteritum.
Ponens seipsum.	*Posuit seipsum.*
מִשְׁתּוֹמֵם	הִשְׁתּוֹמֵם
&c. מִשְׁתּוֹמְמִים	*&c.* הִשְׁתּוֹמְמָה

Infinit.	Imperat.	Futur.
Ponere seipsum.	*Pone teipsum.*	*Ponet seipsum.*
הִשְׁתּוֹמֵם	הִשְׁתּוֹמֵם	יִשְׁתּוֹמֵם
&c. בְּהִשְׁתּוֹמֵם	*&c.* הִשְׁתּוֹמְמוּ	*&c.* אֶשְׁתּוֹמֵם

Hæc Coniugatio fit ex Poel, addita syllaba הִתְ כּוֹנֵן præparauit, כּוֹנַן præparatus est, הִתְכּוֹנֵן parauit, seu firmauit seipsum. *Cur autem dicamus* הִשְׁתּוֹמֵם *pro* הִתְשׁוֹמֵם *ex Perfectis iam constat, pag. 8. Ceterum Iosue 9. 4. inuenitur forma in Hithpael,* הִצְטַיֵּר legatum se finxit, *à* צִיר legatus.

Verbum בּוֹא *venire.*

Addemus sub finem Quiescentium Ajn

H *Vau,*

Vau, vel Iod verbum בּוֹא, *quod etsi ferè regulare sit, tamen ob duas quiescentes Vau & Aleph tironibus initio nonnihil negotij exhibere solet. Simile est* נוֹא, irritũ facere, *seu* frangere, *&* קוֹא vomere, *quæ tantùm in Hiphil coniugantur.*

KAL.

Præteritum.

Plur.		Sing. *Venit.*
בָּאוּ *vel* בּוֹאוּ	*3. Pers.*	בָּא בָּאָה
בָּאתֶם תֶּן	*2. Pers.*	בָּאתָ בָּאת
בָּאנוּ *vel* בֹּנוּ	*1. Pers.*	בָּאתִי

Benoni.

Fœm.	Masc. *Veniens.*
בָּאָה בָּאוֹת	בָּא בָּאִים

Futurum.

Plur.		Sing. *Veniet.*
יָבוֹאוּ *vel.* תְּבוֹאנָה	*3. Pers.*	יָבוֹא תָּבוֹא
תָּבוֹאוּ תְּבוֹאֶינָה	*2. Pers.*	תָּבוֹא תָּבוֹאִי
נָבוֹא	*1. Pers.*	אָבוֹא

Imperativus.

Fœm.	Masc. *Veni.*
בּוֹאִי בּוֹאֶינָה	בּוֹא בּוֹאוּ

Infinitiuus, בּוֹא *venire.*

בְּבוֹא בְּבוֹא לָבוֹא מִבּוֹא Gerundia.

1. Sam. 25. 34. *vox* תָּבֹאת venies, *assumit* ת *more præteriti: Et in* תָּבוֹאתָה Deut. 33. 16. veniet, *superadditur* ה *paragogicum.*

HIPHIL.

Plur. Sing.

Fecit venire, id est, Adduxit.

Plur.		Sing.
הֵבִיאוּ	3. Pers.	הֵבִיא הֵבִיאָה
הֲבֵאתֶם הֲבֵאתֶן	2. Pers.	הֵבֵאתָ הֵבֵאת
הֵבֵאנוּ	1. Pers.	הֵבֵאתִי

BENONI.

Fœm.	Masc. *Adducens.*
מְבִיאָה מְבִיאוֹת	מֵבִיא מְבִיאִים

PAUL.

Fœm.	Masc. *Adductus.*
מוּבָאָה מוּבָאוֹת	מוּבָא מוּבָאִים

FUTURUM.

Plur.		Sing. *Adducet.*
יָבִיאוּ *vel* תְּבֵאנָה תְּבִיאֶינָה	3. Pers.	יָבִיא תָּבִיא
תָּבִיאוּ	2. Pers.	תָּבִיא תָּבִיאִי
נָבִיא	1. Pers.	אָבִיא

IMPERATIVUS.

Fœm.	Masc. *Adduc.*
הָבִיאִי הָבֵאנָה *vel* הָבִיאֶינָה	הָבֵא הָבִיאוּ

Infinit. הָבִיא *Adducere.*

Gerundia. בְּהָבִיא כְּהָבִיא לְהָבִיא מֵהָבִיא

 Ut

Vt Præteritum הֵקִים duas formas habet, ita etiam הֵבִיא. In priori quidem adſcribitur etiam Iod quieſcens in tſere, הֵבֵיאתָ תִי, &c. Poſterior verò forma ſub ה admittit alterutrum punctum compoſitum. Dicimus enim, הֲבִיאֹתָ,תִי, &c. Vel, הֲבִיאוֹתָם,תֶן &c.

Benoni מֵבִי adducens ſine א Ier. 19. 15. ut & futurum אָבִי Mich. 1. 15. quod effertur quoque cum tſere יָבֵא אָבָא. Eodem modo coniugatur קוֹא vomuit, & נוֹא in Hiphil; ab hoc venit etiam יָנִי Pſ. 141. 5. franget, pro יָנִיא.

HOPHAL.

Futuri	Benoni.	Præterit.
Adducetur.	*Qui adducitur.*	*Adductus eſt.*
אוּבָא	הוּבָא	הוּבָא
&c.	הוּבָאִים &c.	הוּבָאתָ

Infinitiuus, הוּבָא adduci.

Præteritum fœmin. Gen. 33. 11. הֻבָאת adducta eſt, pro ſchurec habet, & in fine ת loco ה. Cæteris coniugationibus caret.

CAPUT XIII.

De Quiescentibus Lamed Aleph.

A Perfectorum Regulis hæc verba non multum recedunt.

KAL.

Præteritum.

Plur.		Sing. *Invenit.*
מָצְאוּ	*3. Perf.*	מָצָא מָצְאָה
מְצָאתֶם תֶּן	*2. Perf.*	מָצָאתָ מָצָאת
מָצָאנוּ	*1. Perf.*	מָצָאתִי

BENONI.

Fœm.	Masc. *Inveniens.*
מוֹצֵאת *Vel* מוֹצְאָת *Vel* מוֹצְאָה	מוֹצֵא מוֹצְאִים
(מוֹצְאוֹת)	

PAUL.

Fœm.	Masc. *Inventus.*
מְצוּאָה מְצוּאוֹת	מָצוּא מְצוּאִים

FUTURUM.

Plur.		Sing.
יִמְצְאוּ תִּמְצֶאנָה	*3. Perf.*	יִמְצָא תִּמְצָא
תִּמְצְאוּ	*2. Perf.*	תִּמְצָא תִּמְצְאִי
נִמְצָא	*1. Perf.*	אֶמְצָא

IMPERATIVUS.

Fœm.

Fœm. Masc. *Inuenit*

מְצָאִי מְצָאִינָה מָצָא מָצְאוּ

Infinitiuus, מָצוֹא *vel* מְצֹא *vel* מְצוֹאת *inuenire*.

בִּמְצוֹאת כִּמְצוֹאת לִמְצוֹאת מִמְּצוֹאת Gerundia.

Præteriti etiam alia forma est, ut מָלֵא *plenus est, quæ ferè ubique retinet tsere, ut*

מָלֵא מָלְאָה *3. Pers.* מָלְאוּ

מָלֵאתָ מָלֵאתְ *2. Pers.* מְלֵאתֶם תֶּן

מָלֵאתִי *1. Pers.* מָלֵאנוּ

Aleph interdum penitus occultatur מָצָתִי inueni, מָלֵתִי plenus sum. *Tertia fœminina reperitur cum* ת *in fine*, קָרָאת euenit, vocauit, חָטָאת peccauit.

Gerundia frequentius exeunt in ות, *Gen.* 20. 6. *vox*, חֲטוֹ peccare, *Aleph amisit*.

Imperatiui, Ruth. 1. 20. קְרֶאן, *& Exod.* 2. 20. קְרֶאן, *ponuntur pro* קְרֶאנָה vocate.

NIPHAL.

Præteritum.

Plural. Singul.

Inuentus est.

נִמְצָא נִמְצְאָה *3. Pers.* נִמְצְאוּ

נִמְצֵאתָ נִמְצֵאת *2. Pers.* נִמְצֵאתֶם תֶּן

נִמְצֵאתִי *1. Pers.* נִמְצֵאנוּ

BENONI.

Fœm.	Masc.
	Qui inuenitur.
נִמְצָאָה נִמְצָאוֹת	נִמְצָא נִמְצָאִים

Imperatiuus.	Futurum.
Inuenire tu.	*Inuenietur.*
הִמָּצֵא	יִמָּצֵא
הִמָּצְאוּ	אִמָּצֵא
הִמָּצֶאנָה &c.	תִּמָּצֶאנָה &c.

Infinitiuus, הִמָּצֵא *inueniri.*

בְּהִמָּצֵא כְּהִמָּצֵא לְהִמָּצֵא מֵהִמָּצֵא Gerundia.

Præteritum nonnunquam abscondit א, *ut Iof.* 2.16. נַחְבֵּתֶם absconditis. *Tertia fœminea cum* ת, *Ps.* 118.23. נִפְלָאת mirabilis fuit; *pro quo* 2. *Sam.* 1.26. *legitur* נִפְלְאַתָה.

Infinitiuus interdum assumit ת, ut הִנָּבְאוֹתוֹ *Zach.* 13.4. in prophetando ipsum.

PIEL.

Plur.	Præteritum.	Sing.
		Diligenter inuenit,
מִצְּאוּ		מִצֵּא מִצְּאָה
מִצֵּאתֶם תֶּן		מִצֵּאתָ מִצֵּאת
מִצֵּאנוּ		מִצֵּאתִי

Imperatiuus. Benoni.

Dilig. inueni. *Diligenter inueniens.*

מַצֵּא מְמַצֵּא

&c. מַצְּאוּ *&c.* מְמַצְּאִים

Infinitiuus. Paul.

Dil. inuenire. *Diligenter inuentus.*

מַצֵּא מְמֻצָּא

&c. בְּמַצֵּא מִמַּצֵּא *&c.* מְמֻצָּאִים

Excidit etiam sæpè Dagesch, maximè ex literæ scheuata, ut Nu. 32. 11. מִלְאוּ impleuerunt, *& Gen. 37. 11.* יְקַנְאוּ inuidebunt.

PVAL.

Præteritum.

Diligenter inuentus est.

מֻצָּא מֻצֵּאת מֻצֵּאתֶם מֻצֵּאנוּ *&c.*

Benoni. מְמֻצָּא מְמֻצָּאִים *Dilig. inuenitur.*

Futur. יְמֻצָּא, אֲמֻצָּא תְּמֻצֶּאנָה, *&c. Dil. inuenietur.*

Infinitiuus, מֻצָּאת *vel* מֻצָּא *Dilig. inueniri.*

Vox קוֹרָא vocatus est, *habet cholem propter* ר. *vide pag. 79.*

HIPHIL.

Plural. Præteritum. Singul.

Fecit inuenire.

הִמְצִיאוּ הִמְצִיאוּ *3. Perſ.* הִמְצִיא הִמְצִיאָה

הִמְצֵאתֶם הִמְצֵאתֶן *2. Perſ.* הִמְצֵאתָ הִמְצֵאת

הִמְצֵאנוּ *1. Perſ.* הִמְצֵאתִי

Benoni.

BENONI.

Fœm. — Masc.

Faciens inuenire.

מַמְצִיא מַמְצִיאִים: מַמְצִיאָה מַמְצִיאוֹת

PAUL.

Fœm. — Masc.

Factus inuenire.

מָמְצָא מָמְצָאִים: מָמְצָאָה מָמְצָאוֹת

FUTURUM.

Plur. — Sing.

Faciet inuenire.

יַמְצִיא תַּמְצִיא יַמְצִיאוּ תַּמְצֶאנָה

תַּמְצִיא תַּמְצִיאִי תַּמְצִיאוּ

אַמְצִיא נַמְצִיא

IMPERATIVUS.

Fœm. — Mascul.

Fac inuenire.

הַמְצֵא הַמְצִיאוּ הַמְצִיאִי הַמְצֶאנָה

Infinitiuus הַמְצִיא *Facere inuenire.*

בְּהַמְצִיא כְּהַמְצִיא לְהַמְצִיא מֵהַמְצִיא Gerundia.

Præteritum occultat interdum א, *2. Reg. 13. 6.* הֶחֱטִי peccare fecit. *In voce illa* הֶחְבְּאָתָה *Iof. 6. 16.* abscondit, *duplex est signum fœmin. & ב cum scheua loco chiric.*

HOPHAL.

Præteritum. *Factus est inuenire.*

הֻמְצָא הֻמְצֵאתָ הֻמְצֵאתֶם הֻמְצֵאנוּ &c.

BENONI

הֻמְצָא הֻמְצָאִים &c. *Qui iubetur inuenire.*

FVTVRVM.

Iubebitur inuenire.

יֻמְצָא אֻמְצָא תֻּמְצְאִי תֻּמְצֶאנָה &c.

Infinitiuus.

הֻמְצָא *vel* הֻמְצוֹאת *Iuberi inuenire.*

HITHPAEL.

Præteritum.

Inuenit seipsum.

הִתְמַצֵּא הִתְמַצֵּאתָ הִתְמַצֵּאתֶם הִתְמַצֵּאנוּ &c.

BENONI.

מִתְמַצֵּא מִתְמַצְּאִים &c. *Inueniens seipsum.*

FVTVRVM. *Inueniet seipsum.*

יִתְמַצֵּא אֶתְמַצֵּא תִּתְמַצְּאִי תִּתְמַצֶּאנָה &c.

IMPERATIVVS.

Inueni seipsum.

הִתְמַצֵּא הִתְמַצְּאִי הִתְמַצֶּאנָה &c.

Infinitiuus. הִתְמַצֵּא *Inuenire seipsum.*

CAPVT XIV.

De Quiescentibus Lamed He.

Ad

Ad hunc ordinem omnia verba referri debent, quorum tertia radicalis est ה, *exceptis duntaxat*, גאה superbiuit, נגה splenduit, תמה admiratus est, *& sicubi reperitur* כמה desiderauit. *Hæc enim, cùm propter Mappik habeant* ה *mobile, perfecta sunt.*

KAL.

Præteritum.

Plur.		Sing. *Possedit, emit, acquisiuit.*
קנו	*3. Pers.*	קנה קנתה
קניתם קניתן	*2. Pers.*	קנית קנית
קנינו	*1. Per.*	קניתי

Benoni.

Fœm.	Masc. *Possidens.*
קונה קונות	קונה קונים

Paul.

Fœm.	Masc. *Possessus.*
קנויה קנויות	קנוי קנוים

Futurum.

Plural.			Sing. *Possidebit.*
תקנינה	יקנו	*3. Pers.*	יקנה תקנה
	תקנו	*2. Pers.*	תקנה תקני
	נקנה	*1. Pers.*	אקנה

Impe-

IMPERATIVVS.

Fœm. Masc. *Poßide.*

קְנֵה קְנוּ קְנִי קְנֶינָה

Infinitiuus. קְנוֹת *vel* קָנֹה *Poßidere.*

בִּקְנוֹת כִּקְנוֹת, לִקְנוֹת, מִקְּנוֹת Gerundia.

Præteriti tertia fœminea singularis, & tertia plur. sæpè mutant ה *in Iod mobile, ut Ps. 57. 2.* חָסָיָה sperauit, *pro* חָסְתָה, *& tertia pluralis assumit Iod mobile, ut* חָסָיוּ *pro* חָסוּ sperauerũt. *Retecto* ה *fœmineo interdum manet solùm* ת, עָשָׂת fecit. *Iod loco* ה *radicalis positum non semper exprimitur, 1. Reg. 9. 3.* בָּנִתָ ædificasti.

Benoni mutat interdum He in Iod quiescens in chiric magno, פּוֹרִי fructum ferens, *cuius fœmininum* פּוֹרִיָּה *(ubi tamen secunda radicis, etiã scheua admittit instar perfectorum, ut Cant. 1. 7.* עֹטְיָה induens se) *interdum in* ת, פּוֹרָת *Gen. 40. 22.* fructum ferens.

Futurum ob gutturalem hæc puncta habet. יֶחֱזֶה אֶחֱזֶה videbit. *Quando* ע *prima radicalis est, literæ* יתן, *sæpius scribuntur per* ַ, *&* א *futuri per* ֱ, יַעֲלֶה אֶעֱלֶה ascendet, יַעֲשֶׂה אֶעֱשֶׂה faciet. *Quædam in plurali mutant* ה *in Iod mobile assumpto Nun paragogico, ut Is. 31. 4.* יִכְלָיוּן deficient, *Ps. 36. 13.* יֶחֱסָיוּן sperabunt, *Ps.*

28.

78.44. יִשְׁתָּיוּן bibent, & 36.9. יִרְוְיֻן irrigabuntur. *Sic Psal.* 77. 4. אֶהֱמָיָה sonitum faciam, *cum He paragogico, pro* אֶהֱמֶה: *Porrò in futuro frequenter abijcitur* ה, *præsertim si Vau conuersiuum præfigatur, & tunc segol secundæ retrahitur sub primã radicalem, & literæ* יתאן *sortiuntur chiric, ut Gen.* 33.19. וַיִּקֶן & possedit; *vel tsere, ut Num.* 16. 15. תֵּפֶן respicies, *Deut.* 9.15. וָאֵפֶן & respexi. *Quod si radicis prima vel secunda sit gutturalis, loco illius segol retracti ponitur patach, Gen.* 4.5. יִחַר irascetur, *Iob.* 3.6. וַיִּחַד & lætatus est, *Gen.* 21.14. וַתֵּתַע & errauit: *Imò etiam literæ* יתאן *euphoniæ causa pro sub chiric, vel tsere, sæpè recipiunt patach,* וַיַּעַל & ascendit, וַיַּעַן & respondit, וַיַּעַשׂ & fecit, וַתַּהַר & concepit, וַיַּחַז & aspexit. *Atque hoc ipsum patach sub* יתאן *mutatur ob maiorem distinctionem in camets* יָחַד lætabitur, & *Prou.* 27.17. acuet se, 2. *Reg.* 1.2. וַיָּחַל & ægrotauit. *Iob.* 23.9. אָחַז videbo. *Præterea maioris celeritatis causa scheuãtur duæ radicis literæ remanentes, & futurum fit monosyllabum,* וַיֵּבְךְּ & fleuit, וַיִּשְׁבְּ & captiuum duxit, וַיֵּשְׁתְּ & bibit. *Et hoc fieri solet, quando secunda thematis est una ex* בגד כפת.

aut

aut cognata, ut יִשְׁט, ט declinabit. *Simile quid habet vox admodum frequens in hac coniugatione*, וַיַּרְא & vidit, *à* רָאָה.

Imperatiuus sub prima gutturali habet -: עֲלֵה ascende, *vel* -:: עֱנוּ canite. בְּעָיוּ *Isa. 21. 12.* quærite, *habet Iod, p* ה *ut futurum, de quo ante.*

Infinitiuus, sub literis בכלם *tantùm terminationem* וֹת *admittit, quæ absque illis literis rarior est.* רָאָה *habet etiam* רָאוֹ *Gen. 26. 28.* videre, *abiecto* ה, *&* רְאוֹה *Ezech. 28. 17. ascito* ו, *seu* ו *quiescente mutato in mobile.* ה *paragogicum est.*

NIPHAL.

Plur.	Præter.	Sing. *Possessus est.*
נִקְנוּ	*3. Pers.*	נִקְנָה נִקְנְתָה
נִקְנֵיתֶם תֶן	*2. Pers.*	נִקְנֵיתָ נִקְנֵית
נִקְנֵינוּ	*1. Pers.*	נִקְנֵיתִי

BENONI.

Fœm.	Mascul. *Qui possidetur.*
נִקְנָה נִקְנוֹת	נִקְנֶה נִקְנִים

FVTVRVM.

Plur.		Sing. *Possidebitur.*
תִּקָּנֶינָה יִקָּנוּ	*3. Pers.*	יִקָּנֶה תִּקָּנֶה
תִּקָּנוּ	*2. Pers.*	תִּקָּנֶה תִּקָּנִי
נִקָּנֶה	*1. Pers.*	אֶקָּנֶה

Imper-

IMPERATIVVS.

Fœmi. | Masc.

Possidere tu.

הַקְנֶה הַקְנוּ הַקְנִי הַקְנֶינָה

Infinit. הַקְנֶה *vel* הַקְנֵה *vel* הַקְנוֹת *possideri.*

Gerundia. בְּהַקְנוֹת, מֵהַקְנוֹת, *&c.*

Præteritum habet etiam chiric longum נִקְנֵיתֶם possessi estis, נִקְנֵינוּ possessi sumus. *Illud Cant. 1. 6.* נִחֲרוּ irati sunt, pugnauerūt, *pro* נִחֲרוּ *positum est.*

Futurum abiecto ה *& seruatis ijsdem punctis* יִקָּנֶה possidebitur, יֵרָא videbitur. *Quod si secunda sit* ח, *loco samets ponitur patach*, יִמָּח delebitur, יִדַּחוּ impellentur. *Illud* תַּעֲלוּ *Ezech. 36. 3.* ascendent, *præter morem pro* תֵּעָלוּ, *nisi potius sit futurum Kal, pro* תַּעֲלוּ.

Imperatiuus & Infinitiuus inueniuntur cum ו *figuratiuo*, נִגְלוֹת reuelare tu, & reuelari, נִדְמָה succidere tu, & succidi.

PIEL.

Præteritum.

Plur.		Sing. *Dil. possedit.*
קִנּוּ	*3. Pers.*	קִנָּה קִנְּתָה
קִנִּיתֶן קִנִּיתֶם	*2. Pers.*	קִנִּית קִנֵּית
קִנִּינוּ	*1. Pers.*	קִנִּיתִי

Benoni.

Binoni.

Fœm.	Masc.
	Diligenter possidens.
מְקַנָּה מְקַנּוֹת	מְקַנֶּה מְקַנִּים ׃

Paul.

Fœm.	Masc.
	Diligenter possessus.
מְקֻנָּה מְקֻנּוֹת	מְקֻנֶּה מְקֻנִּים ׃

Futurum.

Plur.		Sing.
		Dilig. possidebit.
יְקַנּוּ תְּקַנֶּינָה	*3. Pers.*	יְקַנֶּה תְּקַנֶּה
תְּקַנּוּ תְּקַנֶּינָה	*2. Pers.*	תְּקַנֶּה תְּקַנִּי
נְקַנֶּה	*1. Pers.*	אֲקַנֶּה

Imperativus.

Fœm.	Masc.
	Dilig. posside.
קַנִּי קַנֶּינָה	קַנֵּה קַנּוּ ׃

Infinit. קַנֵּה קַנֵּה קַנּוֹת *Diligenter possidere.*

Gerundia. בְּקַנּוֹת, מִקַּנּוֹת.

¶ *Præteritum ubique etiam habere potest Iod quiescens in tsere; ut* כִּסֵּיתִי feci operire, קִוֵּיתָ expectasti.

Futuri א *venit aliquando cum* ::, אֱזָרֶה dispergam. *Illud Is. 40. 25.* תְּדַמְּיוּנִי assimilabitis me, *perfectum est, quia Iod est loco* ה, *sicut*

sicut יַחְפְּאוּ occultabunt, *cum* א *loco* ה, *à* חָפָה occultauit. *In voce* אֲרַיָּוֶךְ rigabo te, (*Is.* 16. 9.) *præter anomala puncta Iod loco He ponitur* (*ut dictum est pag.* 124. *&* 125.) *& per metathesin occupat locum literæ Vau, à* רָוָה rigare, *regulare esset* אֲרַוֶּךְ. *Futurum abiecto* ה, תְּכַס *Nehem.* 4. 5. operies, *& cum camets,* 1. *Sam.* 21. 13. וַיְתָו & designabat.

Imperatiui ultima inuenitur etiam cum segol, רַבֶּה multiplica. *Excidente autem* ה, *remanet prima syllaba, ut* גַּל reuela.

PVAL.

Plur.	Præteritum.	Sing. *Diligenter possessus est.*
קֻנּוּ	3. *Pers.*	קֻנָּה קֻנְּתָה
קֻנֵּיתֶם קֻנֵּיתֶן	2. *Pers.*	קֻנֵּיתָ קֻנֵּית
קֻנֵּינוּ	1. *Pers.*	קֻנֵּיתִי

BENONI.

Fœm.	Masc. *Qui diligenter possidetur.*
מְקֻנָּה מְקֻנּוֹת	מְקֻנֶּה מְקֻנִּים

Plur.	FVTVRVM.	Sing. *Dilig. possidebitur.*
יְקֻנּוּ תְּקֻנֶּינָה	3. *Pers.*	יְקֻנֶּה תְּקֻנֶּה
תְּקֻנּוּ	2. *Pers.*	תְּקֻנֶּה תְּקֻנִּי
נְקֻנֶּה	1. *Pers.*	אֲקֻנֶּה

I Infinit.

Infinitiuus, קַנֵּה *vel* קַנּוֹת *diligenter possidere.*

Præteritum inuenitur cum ־ִ ־ֵ, *ut* כִּלּוּ finiti sunt; *& cum cholem, quando secunda respuit dagesch* הֹרָה conceptus est, דּוֹחָה expulsus est. *In alijs vix semel,* הֻנָּה *2. Sam. 20.13.* remotus est.

HIPHIL.

Præteritum.

Plur.		Sing. *Fecit possidere.*
הִקְנוּ	*3. Pers.*	הִקְנָה הִקְנְתָה
הִקְנִיתֶם תֶן	*2. Pers.*	הִקְנִיתָ הִקְנִית
הִקְנִינוּ	*1. Pers.*	הִקְנֵיתִי

Benoni.

Fœm.	Masc. *Faciens possidere.*
מַקְנָה מַקְנוֹת	מַקְנֶה מַקְנִים

Pavl.

Fœm.	Masc. *Factus possidere.*
מָקְנָה מָקְנוֹת	מָקְנֶה מָקְנִים

Fvtvrvm.

Fœm.		Masc. *Faciet possidere.*
תַּקְנֶינָה יַקְנוּ	*3. Pers.*	יַקְנֶה תַּקְנֶה
תַּקְנוּ	*2. Pers.*	תַּקְנֶה תַּקְנִי
נַקְנֶה	*1. Pers.*	אַקְנֶה

Imper.

IMPERATIVVS.

Fœm.	Masc.
	Fac poßidere.
הַקְנִי הַקְנֶינָה	הַקְנֵה הַקְנוּ:

Infinitiuus. הַקְנוֹת *vel* הַקְנֵה *facere poßidere.*
Gerundia. בְּהַקְנוֹת מֵהַקְנוֹת, *&c.*

Præteritum sub figuratiuo He non tantùm chiric habet, ut in paradigmate vides, sed etiam segol & patach, licet gutturalis non sequatur, הֶגְלָה migrare fecit, הֶרְאֵיתִי feci videre. ה *habet etiam tsere, præcipuè sequente gutturali,* הֶעֱלָה fecit ascendere. *Secunda radicis etiam recipit chiric,* הִגְלִיתָ transmigrare fecisti. *In tertia fœminea seruile* ה *transit in* ת, הִרְצָת *Leuit. 26.34,* volet, *pro* הִרְצָתָה: *Paul inuenitur etiam cum* ·: *ut* מַתְּנָה *Ezech. 9. 2.* versus.

Futurum reiecto He recipit duplex segol, יֶרֶב multiplicabit; *vel duplex patach, si prima gutturalis sit,* יַעַל & ascendere fecit, וָאַעַל & ascendere feci. *Sed hæc significatione tantùm, non autem voce differunt à futuris kal, excepta prima singulari, quæ hîc amat patach, ut* אַעֲלֶה *Exo. 3. 17.* ascendere faciam, *cùm in Kal* ·· *habeat. Quòd si secunda radicis sit gutturalis, manebit etiam segol* יַחְטְּ

 & extra-

& errare fecit, הֵמַח delere facies, *à quo etiam* תְּמַחִי delere facies, *f. Porro futurum illud monoſyllabum breuitatis cauſa inuentum (in ijs nimirum, quorum ſecunda eſt una ex* בגד כפת *vel ex cognatis) hîc habet patach, Iſ. 41. 2.* יַרְדְּ dominari faciet. *Gen. 9. 27.* יַפְתְּ dilatabit. *Gen. 29. 10.* יַשְׁקְ potum dabit. וַיַּרְא *2. Reg. 11. 4.* videre fecit, oſtendit, *tantùm hoc loco reperitur in Hiphil, in Kal ſæpiſſimè.*

Imperatiuus ob defectum radicalis He effertur per duplex ſegol הֶרֶף remitte, vel deſine, *pro* הַרְפֵּה; *vel per duplex patach propter primam gutturalem,* הַעַל fac aſcendere, *vel cum uno ſegol ſub He formatiuo, ſi ſecunda ſit gutturalis,* הֶתַע errare fac.

Infinitiuus venit cum chiric præteriti הִקְצוֹת *Leuit. 14. 43.* abradi facere. *Exit etiam in* ה, הַרְבֵּה *Gen. 3. 16.* multiplicare. *Gerundia ſine* ה *Coniugationis reperiuntur, ut in alijs ordinibus* לַמְרוֹת *Iſ. 3. 8.* ad irritandum, *pro* לְהַמְרוֹת.

HOPHAL.

Præteritum.

Plur.

Plur.		Sing.
		Factus est possidere.
הָקְנוּ	*3. Pers.*	הָקְנָה הָקְנְתָה
הָקְנֵיתֶם תֶן	*2. Pers.*	הָקְנֵיתָ הָקְנֵית
הָקְנֵינוּ	*1. Pers.*	הָקְנֵיתִי

BENONI.

Fœm.	Masc.
	Qui iubetur possid.
הָקְנָה הָקְנוֹת	הָקְנֶה הָקְנִים

FUTURUM.

Plur.		Sing.
		Iubebitur possid.
תָּקְנֶינָה יָקְנוּ	*3. Pers.*	יָקְנֶה תָּקְנֶה
תָּקְנוּ	*2. Pers.*	תָּקְנֶה תָּקְנִי
נָקְנֶה	*1. Pers.*	אָקְנֶה

Infinic. הָקְנוֹת *vel* הָקְנֵה *iuberi possidere.*

Præteritum הֹעֲלָה *Iud. 6. 28.* oblatus est, *habet cholem loco* ָ. הָגְלַת translata est, *reperitur Ierem. 13. 19. pro* הָגְלְתָה.

HITHPAEL.

Præteritum.

Plural.		Singul.
		Possidebit seipsum.
הִתְקַנּוּ	*3. Pers.*	הִתְקַנָּה הִתְקַנְּתָה
הִתְקַנִּיתֶם תֶן	*2. Pers.*	הִתְקַנִּיתָ הִתְקַנִּית
הִתְקַנִּינוּ	*1. Pers.*	הִתְקַנִּיתִי

BENONI.

Fœm.	Masc.
	Poßidens seipsum.
מִתְקַנָּה מִתְקַנּוֹת	מִתְקַנֶּה מִתְקַנִּים׃

FVTVRVM.

Plur.			Sing.
			Poßidebit seipsum.
תִּתְקַנֶּינָה	יִתְקַנּוּ	*3. Pers.*	יִתְקַנֶּה תִּתְקַנֶּה
	תִּתְקַנּוּ	*2. Pers.*	תִּתְקַנֶּה תִּתְקַנִּי
	נִתְקַנֶּה	*1. Pers.*	אֶתְקַנֶּה

IMPERATIVVS.

Fœm.	Masc.
	Poßide teipsum.
הִתְקַנִּי הִתְקַנֶּינָה	הִתְקַנֵּה הִתְקַנּוּ׃

Infinit. הִתְקַנּוֹת *vel* הִתְקַנֵּה *poßidere seipsum.*

Gerundia. בְּהִתְקַנּוֹת מֵהִתְקַנּוֹת, *&c.*

Præteriti secunda persona habet etiam chiric, הִתְקַנִּית possedisti.

Benoni cum tsere, מִשְׁתָּאֵה *Gen. 24. 21.* obstupescens, *à* שָׁאָה, *quod in Kal significat* desolare.

Futurum abiecto ה, יִתְקַן possidebit seipsum, יִתְגַּל deteget seipsum. *Habet etiam in fine camets,* תִּתְגָּר contendes, יִתְחָל simulabit se ægrotum.

Imperatiuus defectiuus sic formatur, יִתְחַל *simula te ægrotum, & cum caméts* הִתְחָל. *Illud* הִזַּכּוּ mundate vos, *pro* הִזַּכּוּ *ponitur, à* זָכָה mundare. *Cur autem hîc sit* ר, *& quidem transpositum,* *vide pag. 89.*

APPENDIX.

De Quiescentibus Lamed He.

Adijciemus sub finem huius capitis tria verba, הָיָה fuit, חָיָה vixit, הִשְׁתַּחֲוָה adorauit. *Hæc enim etsi Quiescentibus istius ordinis annumerentur, à communi tamen norma ita in nonnullis recedunt, ut operæ pretium fuerit ea discentibus separatim proponere.*

Verbum הָיָה:

Præteritum.

Plur.		Sing. *Fuit.*
הָיוּ	*3. Perſ.*	הָיָה הָיְתָה
הֱיִיתֶם הֱיִיתֶן	*2. Perſ.*	הָיִיתָ הָיִית
הָיִינוּ	*1. Perſ.*	הָיִיתִי

Benoni.

Fœm.	Masc. *Qui est.*
הֹוָה, הֹוֹת	הֹוֶה הֹוִים:

FVTVRVM.

Plur.		Sing.	Erit,
תִּהְיֶינָה	יִהְיוּ	3. Perſ.	תִּהְיֶה יִהְיֶה
	תִּהְיוּ	2. Perſ.	תִּהְיִי תִּהְיֶה
	נִהְיֶה	1. Perſ.	אֶהְיֶה

Cæterùm hoc ipſum futurum perſonas recipit defectiuas,

יְהִי *Erit.* תְּהִי *Eris.* אֱהִי *Ero.* נְהִי *Erimus.* :

IMPERATIVVS.

Fœm. Maſcul.

Es, vel eſto.

הֱיֵה הֱיוּ : הֱיִי *vel* הֲיִי הֱיֶינָה

INFINITIVVS.

Eſſe. הָיוֹ הָיֹה הֱיֵה הֱיוֹת

בִּהְיוֹת כִּהְיוֹת לִהְיוֹת מִהְיוֹת Gerundia.

NIPHAL.

Pręteritum, נִהְיָה נִהְיֵיתָ, *&c. factus eſt, ſicut* נִקְנָה

Benoni. נִהְיֶה, נִהְיִים, נִהְיָה, *&c. Qui fit.*

Plura de huius Verbi Coniugationibus non extant.

Verbum, חָיָה

KAL.

Præteritum. חָיָה חָיִיתָ, *&c. Vixit, ſicut* הָיָה

Benoni. חַי חַיִּים : חַיָּה חַיּוֹת *Viuens.*

Futu-

FVTVRVM.

Plur.			Sing. *Viuet.*	
תִּחְיֶינָה	יִחְיוּ	*3. Perſ.*	תִּחְיֶה	יִחְיֶה
	תִּחְיוּ	*2. Perſ.*	תִּחְיִי	תִּחְיֶה
	נִחְיֶה	*1 Perſ.*		אֶחְיֶה

Ab hoc futuro etiam duæ voces defectiuæ reperiuntur יְחִי *vel* יְחִי viuet, *&* תְּחִי viuet, *g. fæm.*

IMPERATIVVS.

Fœm. Maſc. *Viue.*

חֲיֶינָה חֲיוּ חֲיִי *vel* חֲיִי . חֲיוּ חֲיֵה

Infinitiuus. חֲיוֹת *vel* חֲיוֹ *Viuere.*

Gerundia. מֵחֲיוֹת, לִחְיוֹת, *&c. ſicut in* הָיָה.

PIEL.

Præterit. חִיָּה, חִיִּיתָ *Viuificauit, &c. ſicut in* קִוָּה.

Benoni. מְחַיֶּה, מְחַיִּים *Viuificans, &c.*

Paul. מְחֻיֶּה, מְחֻיִּים *Viuificatus, &c.*

Futurum. יְחַיֶּה, אֲחַיֶּה, *&c. Viuificabit.*

Imperatiuus. חַיֵּה, חַיּוּ *&c. Viuifica.*

Infinitiuus. חַיֵּה *vel* חַיּוֹת *&c. Viuificare.*

HIPHIL.

Imperat. *Viuifica.*	Paul. *Viuificatus.*	Præterit. *Viuificauit.*
הַחֲיֵה	מָחֳיֶה	הֶחֱיָה
&c. הַחֲיוּ	&c. מָחֳיִים	&c. הֶחֱיִיתָ

Infinit.	Futur.	Benoni.
Viuificare.	*Viuificabit.*	*Viuificans.*
הַחְיוֹת	יְחַיֶּה	מְחַיֶּה
&c. לְהַחֲיוֹת	&c. אֲחַיֶּה	&c. מְחַיִּים

Cætera non sunt usitata.

Verbum, הִשְׁתַּחֲוָה.

Verbum שָׁחָה incuruauit se, adorauit, *regulariter format ex se Kal & Hiphil, sed in Hithpael ante* ה *assumit* ו. *Cur autem* ת *syllabæ figuratiuæ* הִתְ *sit transpositum, vide pag. 89.*

HITHPAEL.

Præteritum.

Plur.		Sing. *Adorauit.*
הִשְׁתַּחֲווּ	*3. Pers.*	הִשְׁתַּחֲוָה הִשְׁתַּחַוְתָה
הִשְׁתַּחֲוִיתֶם תֶן	*2. Pers.*	הִשְׁתַּחֲוִיתָ הִשְׁתַּחֲוִית
הִשְׁתַּחֲוִינוּ	*1. Pers.*	הִשְׁתַּחֲוִיתִי

Benoni.

Fœm.	Masc. *Adorans.*
מִשְׁתַּחֲוָה מִשְׁתַּחֲוֹת	מִשְׁתַּחֲוֶה מִשְׁתַּחֲוִים

Futurum.

Plur.		Sing. *Adorabit.*
יִשְׁתַּחֲווּ תִּשְׁתַּחֲוֶינָה	*3. Pers.*	יִשְׁתַּחֲוֶה תִּשְׁתַּחֲוֶה
תִּשְׁתַּחֲווּ	*2. Pers.*	תִּשְׁתַּחֲוֶה תִּשְׁתַּחֲוִי
נִשְׁתַּחֲוֶה	*1. Pers.*	אֶשְׁתַּחֲוֶה

Impe-

IMPERATIVVS.

Fœm.	Masc. *Adorabit.*
הִשְׁתַּחֲוֶינָה הִשְׁתַּחֲוִי	הִשְׁתַּחֲווּ הִשְׁתַּחֲוֵה

Infinit. הִשְׁתַּחֲוֹת הִשְׁתַּחֲוֹה *vel* הִשְׁתַּחֲוֵה *Adorare.*

In Præterito penultima prima & secunda personæ scribitur etiam per tsere, ut הִשְׁתַּחֲוֵיתָ.

Futurum singulare secunda & tertia personæ, accedente Vau conuersiuo, abÿcit ה *finale, & remanet Vau schurec* וַיִּשְׁתַּחוּ & adorauit, וַתִּשְׁתַּחוּ & adorasti, *m. vel*, & adorauit, *fæ.*

De formis defectiuorum verborum.

Defectiuorum tres formæ reperiuntur. I. continet Defectiua Pe Iod, id est, ea, quorum prima litera est Iod sequente צ. *Horum iste ferè est numerus:* יָצַב stetit, יָצַג posuit, *(in Hiphil usitatum)* יָצַע strauit. יָצַק fudit. יָצַר formauit, יָצַת combussit. *Excipitur vnum* יָצָא exiuit, *quod ex Quiescentibus compositis est, ut suo loco videbimus. II. forma complectitur defectiua Pe Nun, id est, ea, quæ à litera* נ *incipiunt, ut* נָשַׁל remouit. *III. constat ex Defectiuis Aÿn, id est, ex ÿs, quæ habent duas posteriores radicis*

literas

teras easdem, quarum altera inter coniugandũ multis in locis amittitur, ut גָּלַל volvit. *Hæc ab alijs vocantur duplicantia Ajin. Porro harum trium formarum verba etsi Defectiuorum nomen habeant, non tamen idcirco ubique deficiunt. Omnia enim per certas Coniugationes, aut modos, aut tempora, Perfectorum leges seruant. Multa verò per omnes ferè Coniugationes Perfecta manent, nec ullum usquam defectum patiuntur, præsertim illa, quæ inchoãtur à* נ, *& secundam Radicis Gutturalem habens, ut* נָאַץ spreuit, lacessiuit, נָהַל duxit, נָעַר excussit, *& his similia, quibus dagesch defectum literæ* נ *indicans infigi non potest. Sed hæc usu faciliùs cognoscentur.*

CAPVT XV.

De prima & secunda forma Defectiuorum, id est, Pe Iod, & Pe Nun.

Hæc Verba, quod ad inflexionem attinet, omnino inter se conueniunt. Quare pro utrisque unum tantùm paradigma, breuitatis causa, per omnes Coniugationes proponendum putauimus.

KAL.

KAL.

Præteritum. נָשַׁל *remouit*, נָשַׁלְתָּ, *&c.*

Benoni. נוֹשֵׁל *remouens*, נוֹשְׁלִים, *&c.*

Paul. נָשׁוּל *remotus*, נְשׁוּלִים, *&c.*

FVTVRVM.

Plur.			Sing.	*Remouebit.*
f. 3. & 2.	*m.* יִשְּׁלוּ	*3. Pers.*	*fœm.* תִּשַּׁל	יִשַּׁל *m.*
תִּשַּׁלְנָה	*m.* תִּשְּׁלוּ	*2. Pers.*	*fœ.* תִּשְּׁלִי	תִּשַּׁל *m.*
	cō. נִשַּׁל	*1. Pers.*	*Com.*	אֶשַּׁל

IMPERATIVVS.

Fœm.	Masc. *Remoue.*
שְׁלִי שַׁלְנָה	שַׁל שְׁלוּ

Infinit. שֶׁלֶת *Remouere.*

בְּשֶׁלֶת כְּשֶׁלֶת לָשֶׁלֶת מִשֶּׁלֶת Gerundia.

Eodem planè modo inflectitur יָצַק fundere, *& reliqua verba secundæ formæ Defectiuorum, non tantùm per* Kal, *sed etiam per omnes sequentes Coniugationes, perinde ac si pro suo Iod haberent literam* נ, *videlicet* נָצַק *pro* יָצַק *& sic de cæteris,* יצ *initio habentibus.*

Futurum exit quoque in cholem more perfectorum, ut יִפֹּל cadet. *Ea, quæ secundam habent gutturalem, ubique ferè perfecta manent, ut diximus. Si tamen in iis futurum abiiciat* נ, *litera*

literæ futuri recipiunt tsere, ut יֵקַח *descendet, pro* יִנְקַח.

In Imperatiuo reperitur etiam cholem, ut Ios. 3. 9. גֹּשׁוּ *accedite, & tsere, quod propter Maccaph mutatur in segol* גֶּשׁ-הָלְאָה *Gen. 19. 9.* accede huc.

Infinitiuus, abiecta prima, tertia radicali apponit ת. *Quòd si hæc tertia est gutturalis, pro duplici segol habebit duplex patach, ut à* נָגַע tetigit, גַּעַת tangere, לָגַעַת ad tangendum. *Cur* ל *hic scribatur per* ָ, *vide infra cap. 4. c. 6. de vi & punctis* בְּכָל.

NIPHAL.

Præteritum.

Plural.		Singul. *Remotus est.*
נִשְּׁלוּ	*3. Pers.*	נִשַּׁל נִשְּׁלָה
נִשַּׁלְתֶּם נִשַּׁלְתֶּן	*2. Pers.*	נִשַּׁלְתָּ נִשַּׁלְתְּ
נִשַּׁלְנוּ	*1. Pers.*	נִשַּׁלְתִּי

Imperat.	Futur.	Benoni.
Remouere tu.	*Remouebitur.*	*Qui remouetur.*
הִנָּשֵׁל	יִנָּשֵׁל	נִשָּׁל
הִנָּשְׁלִי &c.	אֶנָּשֵׁל &c.	נִשָּׁלִים &c.

Infinitiuus. הִנָּשֵׁל *Remoueri,* בְּהִנָּשֵׁל, &c.

Præteritum secundam gutturalem habens,

& à

& à perfectis desciscens, sub נ *ponit tsere* נָאַר גֵּאַרְתָּ elongauit, euertit. *In* נִחַם *tamen* pœnitentia ductus est, *nulla fit compensatio. Quædam reperiuntur cum cholem,* נִמּוֹל *Gen.* *17.26.* circumcisus est; *Legitur etiam Iud.* *20.39.* נִגּוֹף percuti, *pro* הִנָּגֵף.

HITHPAEL.	PVAL.	PIEL.
Remouit seipsum.	*Dilig. remotus est.*	*Dilig. remouit.*
הִתְנַשֵּׁל	נֻשַּׁל	וְנִשֵּׁל

Tres hæ Coniugationes omninò Perfectorum normam sequuntur.

HIPHIL.

Præteritum.

Plur.		Sing. *Fecit remouere.*
הִשִּׁילוּ	*3. Pers.*	הִשִּׁיל הִשִּׁילָה
הִשַּׁלְתֶּם תֶּן	*2. Pers.*	הִשַּׁלְתָּ הִשַּׁלְתְּ
הִשַּׁלְנוּ	*1. Pers.*	הִשַּׁלְתִּי

BENONI.

Fœm.	Masc. *Faciens remouere.*
מַשִּׁילָה *vel* מַשֶּׁלֶת מַשִּׁילוֹת	מַשִּׁיל מַשִּׁילִים

PAVL.

Fœm.	Masc. *Factus remouere.*
מֻשָּׁלָה מֻשָּׁלוֹת	מֻשָּׁל מֻשָּׁלִים

Futu-

FVTVRVM.

Plur.		Sing.
		Faciet remouere.
תַּשֵּׁלְנָה יַשִּׁילוּ	*3. Pers.*	יַשִּׁיל תַּשִּׁיל
תַּשִּׁילוּ	*2. Pers.*	תַּשִּׁיל תַּשִּׁילִי
נַשִּׁיל	*1. Pers.*	אַשִּׁיל

IMPERATIVVS.

Fœm.	Masc.
	Fac remouere.
הַשִּׁילִי הַשֵּׁלְנָה	הַשֵּׁל הַשִּׁילוּ

Infinit. הַשִּׁיל *facere remouere,* בְּהַשִּׁיל, *&c.*

Quædam in futuro compensant dagesch per longam vocalem נָגַל & cecidimus, נַיָּזֶר & coxit, וַיָּשַׂר *1. Paral. 20. 3.* & ferrauit. לָגִפִּיל *Nu. 5. 22.* ad faciendum cadere, *ponitur pro* לְהַנְפִּיל.

HOPHAL.

Plur.	Præteritum.	Sing.
		Factus est remouere.
הֻשְּׁלוּ	*3. Pers.*	הֻשַּׁל הֻשְּׁלָה
הֻשַּׁלְתֶּם תֶּן	*2. Pers.*	הֻשַּׁלְתָּ הֻשַּׁלְתְּ
הֻשַּׁלְנוּ	*1. Pers.*	הֻשַּׁלְתִּי

Benoni.

Fœm. BENONI. Masc.

Qui iubetur remouere.

חֻשְׁלָה חֻשְׁלוֹת חֻשָּׁל חֻשָּׁלִים

FVTVRVM.

Plur.			Sing.
			Iubebitur remo
תְּשֻׁלְנָה	יְשֻׁלוּ	3. Perſ.	יְשֻׁל תְּשֻׁל
	תְּשֻׁלוּ	2. Perſ.	תְּשֻׁל תְּשֻׁלִי
	נְשֻׁל	1. Perſ.	אֲשֻׁל

Infinitiuus, חֻשַּׁל *Iuberi remouere.*

APPENDIX.

Horum verborum formam imitantur quatuor alia, נָתַן dimisit, נָקַף circuiuit, נָשַׁק cuculit, לָקַח accepit. *Ex his quia ultimum frequentissime occurrit, placuit illius inflexionem, quod defectiuum est, adijcere.*

KAL לָקַח accepit.

Præteritum, Benoni & Paul perfecta sunt, nisi quod pro לָקַח *semel inuenitur* קָחָם *cum affixo,* קָחָם accepit eos.

FVTVRVM.

Plur.			Sing. *accipiet.*
תִּקַּחְנָה	יִקְחוּ	3. Perſ.	יִקַּח תִּקַּח
	תִּקְחוּ	2. Perſ.	תִּקַּח תִּקְחִי
	נִקַּח	1. Perſ.	אֶקַּח

Ob frequentissimum eius usum, sæpè ex פ *ab-jicitur dagesch, ut* אֶקְחָה *Isa. 56. 12.* accipiam, *cum* ה *parag.* יִקְחוּ accipient. *Idem in alijs huius generis defectiuis fit ut* נִסְעוּ & profecti sunt, à נסע.

IMPERATIVVS.

Fœm. Masc. *Accipe.*

קְחֶינָה קְחוּ קְחִי קַח *vel* לְקַח *Perfectè.*

Infinit. קַחַת; *&* 2. *Reg. 12. 8.* קְחַת accipere, *per modum regiminis, vel perfectè* לְקֹחַ. *Rel-liquis Coniugationibus* לָקַח *perfectum manet. Reperitur tamen* יֻקַּח accipietur, *ex futuro Hophal pro* יֻלְקַח.

CAPVT XVI.

De Defectiuis Ajin, id est, se-cunda Radicis, siue de duplicantibus Ajin.

Huius etiam generis verba sæpè manent in-tegra & perfecta, ut tam sæpius dictum est. Fre-quentiùs tamen euphoniæ causa secundam Ra-dicis abijciunt, absentiamque supplent per dagesch fortè tertiæ impressum, modò alia sequatur li-tera. Nam dagesch forte in monosyllabo sentiri non potest. Quando ergo defectiua sunt, hoc modo coniugantur.

KAL.

KAL.

Praeteritum.

Plur.		Sing. *volui.*
גלו	*3. Perf.*	גלל
גלותם גלותן	*2. Perf.*	גלות גלות
גלונו	*1. Perf.*	גלותי

BENONI.

Foem.	Masc. *voluens*
גלה, גלות	גל, גלים

PAVL. גלול &c. Volutus, perfectum est.

FVTVRVM.

Plur.		Sing. *voluam.*
[illegible]	*3. Per.*	[illegible]
[illegible]	*2. Per.*	[illegible]
נגל	*1. Per.*	אגל

IMPERATIVVS.

Foem.	Masc. *Volue*
גלי גלינה	גל גלו

Infinit. גל *voluere.*

Gerundia. בגל, כגל, לגל, מגל.

Praeteriti prima habebit ו *si tertia Radicis re-plicat Dagesch, ut* קלותי *maledixi, sed* [illegible] *Ob* ו *tamen non mutatur* [illegible] *ipse humilia-*

K 2 uime,

ui me, *à* שָׁחַח. *Benhoni interdum effertur per cholem* תּוֹם integer; *quod ab Maccaph transit in* תָּם־דֶּרֶךְ perfectus viâ, *id est*, viuendi ratione. *Verùm hæc siue camets siue cholem habeant, veriùs nomina censentur. Participium enim istorum verborum potiùs perfectum est, ut* גּוֹלֵל voluens, סוֹבֵב circuiens.

Futurum nonnunquam longam vocalem sub אֵיתָן *resoluit in breuem & dagesch,* אָקּוֹב maledicam, *pro* אָקוֹב. *Et tunc solo sensu differt à futuro Niphal, de quo paulò pòst. Exit quoque in* ו, *ut* יָרוֹן *Prou. 29. 6.* laudabit, *vel* exultabit. *Verùm si accedat Vau conuersiuum, & dictio sit Milel, vertitur in* ־ָ *ut* וַנָּסָב & circuiuimus. *Rariùs in Kibbuts,* וַיָּרֻם & produxit vermes, *Exo. 16. 20. Additur interdum tertiæ remanenti,* ה *paragogicum & dagesch,* תָּרוֹנָּה prædicabit, *& sine dagesch,* נָבוֹזָה *1. Sam. 14. 36.* prædabimur. *Sic dicendū esset* נָבֹלָה cōfundemus, *p quo tamē legimus* נָבְלָה *Gen. 11. 7.*

Imperatiuus habet etiam camets, ut קָבָה maledic, אָרָה *idem. Præterea schurec* עוּזָּה *Psal. 68. 29.* robora, confirma. *His tribus* ה *paragogicum quoque additum vides. Reliquæ voces interdum longo cholem reperiuntur, ut* ...

רָנּוּ exultate. תִּמּוֹנָה consummamini, *f. vel cum* : תְּמוּנָה *idem.*

Infinit. modò cum cholem, ut in paradigmate, modò cũ ו, בּוּר eligere, dilucidare, *à* בָּרַר, *modò cum patach,* רַד *Isa. 45. 1.* expandere, *à* רָדַד *&* *cum* ת *in fine,* שַׁמּוֹת deuastare, חַנּוֹת misereri, *à* שָׁמַם *&* חָנַן.

NIPHAL.

Præteritum.

Plur.		Sing. *Voluetur est.*
נָגֹלּוּ	3. Pers.	נָגֹל נְגֹלָּה
נְגֻלּוֹתֶם תֶּן	2. Pers.	נְגֻלּוֹתָ נְגֻלּוֹת
נְגֻלּוֹנוּ	1. Pers.	נְגֻלּוֹתִי

Benoni.

Fœm.	Masc. *Qui voluitur.*
נְגֹלָּה נְגֹלּוֹת	נָגֹל נְגֹלִּים

Futurum.

Plur.		Sing. *Voluetur.*
יִגֹּלּוּ תִּגֹּלֶּינָה	3. Pers.	יִגֹּל תִּגֹּל
תִּגֹּלּוּ	2. Pers.	תִּגֹּל תִּגֹּלִּי
נִגֹּל	1. Pers.	אֶגֹּל

IMPERATIVVS.

Fœm. Masc. *Volvere tu.*

הַגְלְנָה הַגְּלִי הַגְּלוּ הַגּוֹל הַגֵּל *vel* הֲגַל

Infinitiuus. הַגֵּל *vel* הַגּוֹל *vel* הַגֵּל *volvi.*

Gerundia. וּבְהַגֵּל, בְּהַגֵּל, לְהַגֵּל, מֵהַגֵּל

Præteriti tertia sub נ *habet interdum etiam chiric, præsertim in ijs, quorum prima est* ח, נִחַת consternatus, contritus est: *interdum tsere,* נֵחַנְתְּ gratiosa fuisti, precata es. *Ier. 22. 23. ubi tamen 70. & S. Hieron. rectius legerunt* נֶאֱנַחְתְּ gemuisti, *ab* אנח *quod in Niphal significat* gemere, suspirare. *Sub prima radicali reperitur etiam camets extra distinctionem,* נָחַל pollutus est; *aut tsere,* נָמֵס dissolutus, liquefactus est, *aut cholem,* נָגוֹז tonsus est. *Tertia fœminea in quibusdam verbis sine dagesch,* נָבְקָה *Isa. 19. 3.* euacuata est, *pro* נָבְקָה; *& cum dagesch,* נָסַבָּה, *Ezech. 26. 2.* conuersa est: *quæ vox etiam prima est futuri in Hiphil, 1. Paral. 13. 3.* reducamus. *In plurali* ו *loco* ו *ut* נְשַׁדֻּנוּ *Mich. 2. 4.* vastati sumus.

Futurum terminatur etiam in cholem, יִשּׁוֹם deuastabitur, in stuporem dabitur: *quod cholem in cæteris quoque personis manet,* יִשּׁוֹמּוּ.

ישׁם devastabitur, *&c. Item in* , *Ezech. 24. 11.* יִתֹּם consumetur. *Nonnunquam dagesch & parua vocalis conflantur in tsere, præsertim si prima radicis non admittat dagesch.* יֵמַר amaricabitur, אֵקַל despiciar, יֵחַל polluetur, אֵיתָם perficiar, *ubi Iod præter normam additur.* יֵרַמּוּ similes erunt, יֵתַמּוּ perficientur, *& id genus alia pro* יִרַמּוּ *&* יִתַּמּוּ *reperies.*

Imperatiuus, si tertia respuat dagesch in plurali, sic scribitur, הִבָּרוּ mundamini, *Is. 52. 10. cum accentu in penultima, ut distinguatur à Quiescentibus Lamed He, quorum ultima accentum sibi vendicat, ut* הִקָּנוּ *pag. 125. Eandem ob causam sub* ה *ponitur tsere* הֵחַל polluere tu, & pollui.

HITHPAEL.	PVAL.	PIEL.
Voluit seipsum.	*Dil. Volutus est.*	*Dil. Voluit.*
הִתְגַּלְגֵּל	גֻּלְגַּל	גִּלְגֵּל

ANNOTAT.

A Perfectorum Regulis hæ tres Coniugationes non recedunt. Ceterùm illud præterea notandum Defectiua Ajin, euphoniæ causa non rarò inflecti per Poel, ut גּוֹלֵל, גּוֹלַלְתָּ, תִּי volvit, *vel* volutus est, *atque inde etiam formari*

Hithpael התגולל volvit se. *Decimæ inflexionis Pag.* 113.

HIPHIL.

Præteritum.

Plur.		Sing.
		Volvere fecit & volvit.
הגלו	*3. Pers.*	הגל הגלה
הגלותם תן	*2. Pers.*	הגלת הגלות
הגלנו	*1. Pers.*	הגלתי

Benoni.

Fœm.	Mascul.
	Volvere faciens.
מגלה מגלות	מגל מגלים

Paul.

Fœm.	Mascul.
	Volvere factus.
מוגלה מוגלות	מוגל מוגלים

Futurum.

Plur.			Sing.
vel תגלנה	יגלו	*3. Pers.*	יגל תגל
תגלינה	תגלו	*2. Pers.*	תגל תגלי
	נגל	*1. Pers.*	אגל

Imperativus.

Masc.

Foemi. Masc.

Pac Sekora.

vel הֲגַלְנָה הֲגַלִּי הֲגַל הֲגַלּוּ

הֲגַלֶּינָה

Infinitiuus. הֲגַל *vel* הֲגַל *facere volvere.*

Gerundia. בְּהָגֵל, כְּהָגֵל, לְהָגֵל, מֵהָגֵל.

Præteritum in tertia persona utriusque generis & numeri sub ה *habet tsere: In reliquis cateph patach, aut solum patach ante gutturalem* הַחִלּוֹתָ *cœpisti. Dagesch interdū amittitur, & .. loco – ponitur, ut* הֲרֵעוֹתִי *malefeci, afflixi. Tsere ultima in cæteris etiā tertijs personis seruatur cū dagesch, vel sine eo, ut* הֵעֵזָּה *obfirmauit.* הֵעֵזּוּ *obfirmarunt. Vltima in præterito & Benoni recipit etiam –, ut* הֵרַע *malefecit,* הֵדַק *cominuit,* מֵדַק *cominuens,* מֵרַע *affligens.*

Futuri literæ sortiuntur etiam patach cum dagesch יַסֵּב *circuire faciet; & sine dagesch, aliáue compensatione in voce* אָחֵל *polluam, ut differat ab* אָחֵל *incipiam: ubi tamen loco camets etiam scribitur tsere,* תָּחֵל *incipies. Præterea futuri ultima habet chiric* יַשִּׁים *desolari faciet. Item patach* וַתָּרַע *& malefecisti. Cæterùm quando accedit Vau conuersiuum, mu-*

 tatur

tatur tsere futuri in segol, atque ita dictio fit Milel, בָּרַק & comminuit, וַיָּגֶל *Gen.* 29. 10. & fecit volvere. *Sed tunc huius Coniugationis futura voce non distinguuntur à futuris Hiphil Quiescentium Vau, vel Iod.*

HOPHAL.

Plur.	Præteritum.	Sing.
		Factus volvere.
הוּגְלוּ	*3. Perſ.*	הוּגַל הוּגְלָה
הוּגְלוֹתֶם תֶן	*2. Perſ.*	הוּגְלוֹתָ הוּגְלוֹת
הוּגְלוֹנוּ	*1. Perſ.*	הוּגְלוֹתִי

BENONI

Fœm.		Masc.
		Qui iubetur volvere.
הוּגְלָה הוּגְלוֹת		הוּגָל הוּגָלִים

FVTVRVM.

Plur.		Sing.
		Iubebitur volvere.
יוּגְלוּ תוּגְלֶינָה	*3. Perſ.*	יוּגַל תוּגַל
תוּגְלוּ	*2. Perſ.*	תוּגַל תוּגְלִי
נוּגַל	*1. Perſ.*	אוּגַל

Infinit. הוּגַל *Iuberi volvere.*

Præteritum etiam ita reperitur, הֻמְּכוּ *Iob.* 24. 24. depauperati, humiliati sunt, pro

הוּמְכוּ

Vnum *est, Hebrais duplex fuisse anni initium, sicut etiam duplicem annum*, sacrum *scilicet & vulgarem. Annus* sacer *numerabatur ordine solemnitatum, incipiebatque fere ab aequinoctio verno : quo tempore Israelitae ex Aegypto egressi sunt.* Vulgaris *inchoabatur ab aequinoctio autumnali, quem Moses, quantum ad nundinationes rerum venalium, aliaq; publica negotia attinet, etiam post hunc sacrum institutum reliquit.* Alterum *est, Hebraeos menses non Solis, sed Lunae cursu metiri, ob eamque causam fieri, ut Hebraici non ex aequo mensibus nostris respondeant.* Tertium *est, pleraque mensium nomina, quae adferemus, Chaldaica potius esse quàm Hebraica, ideoq; non usitata fuisse Hebrais ante captiuitatem Babylonicam, neque inueniri, nisi in libris, post illam conscriptis. Caeterùm ante captiuitatem menses frequentiùs suo notabantur ordine,* Primus, secundus, *prout in scriptura sacra obseruare licet, quamuis dubitandum non sit, quin alia praeterea nomina, siue ea propria, siue epitheta duntaxat appellare placeat, tum habuerint, de quibus paulò pòst. Verùm iam ipsa mensium nomina, seruato sacri anni ordine, proponamus.*

Primus

Primus *est* נִיסָן Nisan, *2. Esd. 2. 1. cui apud Romanos respondet pars Martij, & pars Aprilis: quod item de cæteris mensibus sequentibus intelligendum est. Etymon huius vocis incertum. Exod. 13. 4. appellatur* אָבִיב virens, *quòd eo tempore omnia iam vireant: ideo LXX. verterunt ἐν μηνὶ τῶν νέων* in mense nouorum, *hoc est,* initio veris.

Secundus *est* אִיָּר Ijar *(vox hæc peregrina) vocaturque 1. Reg. 6. 1.* זִיו ziu, *eò quòd in eo conspiciatur arborum amœnitas & splendor, qui* זִיו *dicitur. Respondet ex parte nostro Aprili.*

Tertius סִיוָן Sivan, *Esth. 8. 9. vox itidem peregrina. Respondet ex parte nostro Maio.*

Quartus, תַּמּוּז Tammuz. *Iunium Hebræi hac voce appellant, qua Ezech. 8. 14. à S. Hieronymo pro* Adonide *accipitur.*

Quintus, אָב Ab. *Respondet partim nostro Iulio.*

Sextus, אֱלוּל Elul, *Neh. 6. 15. & 1. Mach. 14. 28. Respondet partim nostro Augusto.*

Septimus, תִּשְׁרִי Tischri. *Respondet partim nostro Septembri, estque initium anni vulgaris. Etymon probabiliter sumitur à Chaldaica*

radice

r.idice שָׁרָא remittere debita, parcere, condonare. *Hoc enim mense Iudæi præter festum dedicationis templi & tabernaculorum, agunt etiam solemnitatem expiationis. Dicitur præterea 1. Reg. 8. 2. mensis* אֵיתָנִים Ethanim, *hoc est*, fortitudinum *seu* virium, *quòd videlicet tum omnia ad maturitatem & summũ incrementum peruenerint. Alij alias τοῦ Ethanim rationes afferunt.*

Octauus מַרְחֶשְׁוָן Marchesvan. *Respondet partim nostro Octobri. 1. Reg. 6. 38. vocatur mensis* בּוּל Bul *quasi à* מַבּוּל inundatio, *propter multitudinem pluuiarum, quæ hoc mense decidere solent.*

Nonus, כִּסְלֵו *seu* כִּסְלֵיו Kisleu aut Casleu, *Zach. 7. 1. Respondet partim nostro Nouembri. Etymon quidam deduci volunt à* כְּסִיל *quod etiam* inconstantem *significat, quòd eo mense Orion oriatur (qui Iob. 9. 8.* כְּסִיל *dicitur) magnaq́ sit cœli inconstãtia & intẽperies.*

Decimus, טֵבֵת Teveth, *Esth. 2. 16. Respondet ferè nostro Decembri.*

Vndecimus, שבט. *S. Hieronymus & 70. legunt* Sabat. *Zach. 1. 7. Iudæi verò* שְׁבָט Schebat. *Respondet partim nostro Ianuario.*

Duo-

Duodecimus, אֲדָר Adar, *Esth. 9. 1. Respondet partim nostro Februario.*

Est praeterea Hebraeis וַאֲדָר Vaadar, *secundus Februarius, quando annus est 13. mensium, unoquoque vel triennio vel biennio: nempe septies intra nouendecim annorum cyclum, quibus Luna suo reditu, solitum plane absoluit circulum. Habet autem dies 30.*

CAPVT XII.

De inuestigatione Thematum seu Radicum.

Lexica Hebraeorum non continent ordine Alphabetico nomina, verba, ac caeteras dictiones, sed solùm themata siue radices, quibus subijciunt eas omnes voces, quae ab illis deriuantur. Vt igitur, quocunque vocabulo oblato, Radicem eius inuestigare possimus, primùm mandanda est memoria diuisio literarum in undecim radicales his vocibus comprehensas גְּטֹ חֳסֶד קַצָּר וּעַף *undecim seruiles* מֹשֶׁה אֵיתָן וְכָלֵב:

Deinde sciendum est, ex undecim seruilibus quatuor esse, quae etsi initio dictionis aliquando seruiant, tamen in medio ac fine, semper sunt

de

de themate, videlicet, אֶלְבֶּשׁ, *licet per coniunctionem plurium vocum aliquando sint in medio seruiles, ut* וְלָבָן & filio. *Rursum alias quatuor in principio, & fine dictionis non rarò seruire, in medio autem semper ad radicem pertinere, videlicet* מִנְכָּה *licet similiter aliquando per coniunctionẽ vocum sint in medio, ut* וּמְלַמֵּד & docens. *Denique reliquas tres* תָוִי *in principio, medio, & fine radicales & seruiles esse posse. Quibus obseruatis, oblata voce, cuius radicem quærimus, initio remouendæ sunt omnes literæ seruiles: & si quidem remanent literæ tres radicales, (vel plures, vel etiam tantùm duæ, quanquam paucæ sint radices duarum literarum vel plurium, quàm trium) eæ sine dubio radicem efficiunt. Quòd si remotis seruilibus, non manent tres literæ semper radicales, videndum est, num ex seruilibus nonnullæ sint reponendæ, quippe cum earum aliquæ, in medio semper sint de themate, ut* מִנְכָּה *aliquæ etiam in medio & fine, ut* אֶלְבֶּשׁ *aliquæ demum, ut* תָוִי *saltem possint esse, & quidem ubique, radicales. Si vero neque hoc modo Radix prodeat, recurrendum est ad Imperfecta, hoc est, ad Quiescentia vel Defectiua, & idcirco plerumque vel*

præponen-

præponendum Nun aut Iod, vel inserendum Vau aut Iod, aut adiungendum Aleph aut He; vel certè tertia duplicanda.

Facilior fortè modus fuerit, remouere literas, quæ facilè noscuntur non esse de themate, ut formatiuas personarum & temporum in verbis, Affixa, Coniunctionē ו *&, articulos, &c. Quòd si his remotis non manent radicales, plerūq;, vox ex imperfectis erit, & idcirco fere præponendū Nun, vel Iod, &c. ut paulò antè dictū.*

Est & alius perutilis modus; ut nimirum diligenter ad nominum verborumque significationes attendamus. Qui enim nouit, זָד *idem esse quod* coxit; *dubitare non potest, quin illud Gen. 25. 29.* וַיָּזֶד *significet* & coxit. *item qui nouit* אֹזֶן *idem esse, quod* aurem, *& verbum ab eo deductum, idem significare, quod* auribus percipere, *vel* aures inclinare, *facile indicabit illud Prou. 17. 4.* fallax מֵזִין obtemperat (auscultat) labijs mendacibus, *esse deductum ab* אָזַן *& perfectū esse* מַאֲזִין. *Sic etiam quia* בֵּן filius, *à* בָּנָה ædificauit *derivatur, quòd sit quasi ædificium patris, colligendum erit, etiam* בַּת filiam, *quasi* בְּנֶת *vel* בָּנָת*, ut & alia quædam, ab eadem ra-*

V dict

dice deriuari, quandoquidem & filia parentum opus, & in veris radicibus indagandis maxima significationis ratio habenda est.

Radices plurium quàm trium literarum à Lexicographis ponuntur in fine vocum cuiusque literæ initialis, ut אַבְנֵט balteus, cingulum, *post omnes voces inchoatas ab* א. בַּרְזֶל ferrum, *post inchoatas à* ב, *& ita in cæteris.*



INSTI-

INSTITVTIONVM HEBRAICARVM

PARS QVINTA

DE SYNTAXI.

Ea potissimùm hac parte prosequemur, quorum ignoratio non paruam adferre solet discendi cupidis impedimentum, & quorum pleraque Hebrais sunt propria.

CAPVT I.

De Constructione Nominum.

1. Etsi substantiuum & adiectiuum in genere plerumque conueniunt, (*eadem est ratio Pronominum & Participiorum*) aliquando tamen dissentiunt, ut Exod. 11. 6. צְעָקָה כָּמוֹהוּ *clamatio, qualis ipse* (*pro* ipsa) *non fuit*, &c. Zach. 5. 10. *Quò* הֵמָּה מוֹלִכוֹת *istæ deferunt amphorã?* Isa. 19. *Tradam Aegyptum in manu* אֲדוֹנִים קָשֶׁה *dominorum crudelis*, pro *crudelium*. Gen. 27. אֹרְרֶיךָ אָרוּר וּמְבָרְכֶיךָ בָּרוּךְ *maledicentes tibi maledictus, & bene-*

benedicentes tibi benedictus. apparet tamen hic etiam partitio, quasi dicat, *quicunque maledixerit tibi, sit ille maledictus*, &c.

2. Quotiescunque duo nomina substantiua rerum diuersarum in oratione continuantur, alterum erit in Regimine huic linguæ proprio, de quo dicitur parte 1. c. 4. Hanc regulam imitantur participia, vt Psal. 5. 6 פֹּעֲלֵי אָוֶן *operantes iniquitatis*, pro *iniquitatem*. Psal. 32. 1. נְשׂוּי-פֶּשַׁע כְּסוּי חֲטָאָה *remissus iniquitatis, tectus peccati*, id est, *cuius iniquitas est remissa, cuius peccatum est tectum.* Imò & ipsa verba, vt Num. 21. 5. לְשֶׁבֶת עָר *ad inhabitandum Ar*, siue *ut requiescerent in Ar.*

3. Atque hæc Regiminis ratio in diuersis nominibus apud Hebræos continuatur, vt Iosu. 10. 24. *Et ait* אֶל-קְצִינֵי אַנְשֵׁי מִלְחָמָה *ad principes virorum belli.* Solet tamen quandoque substantiuum habere formam regiminis, etiam nō sequente Genitiuo, sed literis שֶׁבְלָם, vt Eccl. 11. 3. מְקוֹם שֶׁיִּפּוֹל, *in loco, quo cecidit.* 2. Sam. 1. 21. הָרֵי בַגִּלְבֹּעַ *montes in Gelboe.* Iob. 18. 2. קִנְצֵי לְמִלִּין *fines sermonibus.* Eze. 13. 2. נְבִיאֵי מִלִּבָּם *propheta ex corde suo.*

5. Sta-

4. Status absolutus ponitur nonnunquam pro regimine, vt 2. Reg. 7. 1. סְאָה-סֹלֶת *satum* seu *modius similæ*. Prou. 22. 21. אִמְרִים אֱמֶת *eloquia veritatis*. Ezech. 22. 18. סִגִים כֶּסֶף *scoria argenti*. 2. Paral. 4. 13. שְׁנַיִם טוּרִים רִמּוֹנִים *duo ordines malorum granatorum*. Et vice versa, regimen ponitur pro statu absoluto, vt Isa. 33. 6. חָכְמַת וָדָעַת *sapientia & scientia*. Ps. 77. מַלְאֲכֵי רָעִים *angeli mali*. Isa. 17. 10. נִטְעֵי נַעֲמָנִים *plantationes fideles*.

5. Genitiuus nominis substantiui fœminini sæpe loco adiectiui ponitur, vt Exod. 3. 5. אַדְמַת-קוֹדֶשׁ *terra sanctitatis*, pro, *sancta*, Iob. 34. 10. & 34. אַנְשֵׁי לֵבָב *viri cordis*, pro, *cordati*, siue *intelligentes*. Ruth. 3. 11. אֵשֶׁת חַיִל *mulier virtutis*, id est, *virtute prædita*. Ita dicunt: *viri nominis*, id est, *famosi* seu *celebres*: *viri numeri*, id est, *pauci, quos facile numeres*. *Viri verborum vel labiorum*, id est, *eloquentes vel loquaces*.

6. Adiectiuum fœmininum etiam in plurali absolutè ponitur, quemadmodum apud Latinos neutrum, vt Psal. 12. 4. לָשׁוֹן מְדַבֶּרֶת גְּדוֹלוֹת *linguam magniloquam*, id est, *magna iactantem*. Iob. 5. 9. עֹשֶׂה גְדוֹלוֹת ואין

וְאֵין חֵקֶר נִפְלָאוֹת עַד־אֵין מִסְפָּר, *Qui facit magna & inscrutabilia, & mirabilia absque numero.* videatur annotatio pag. 30.12.

7. Pluralis numerus accipi solet pro vno de singularibus, vt Iud. 12. 7. *Mortuus est, & sepultus* בְּעָרֵי גִלְעָד *in ciuitatibus Galaad*, id est, *in vna earum*. Zach. 9. 9. *super pullum filium* אֲתֹנוֹת *asinarum*, id est, *unius earum*.

8. Abstracta pro concretis ponuntur, modò actiuè, modò passiuè sumpta, vt Psal. 18. 2. *Diligam te, Domine,* חִזְקִי *fortitudo mea*, id est, *qui me fortem efficis*. Ps. 91. 9. *Tu es spes mea* מַחְסִי id est, *is, in quo spero*, Gen. 31. 9. *Timor Isaac*, פַּחַד יִצְחָק, id est, *Deus, qui timebatur & colebatur ab Isaac.*

9. Adiectiua, quæ apud Latinos regunt ablatiuum, hîc habent modum regiminis ac proinde genitiui, vt Ioel. 2. 5. עֱרוּךְ מִלְחָמָה *instructus belli*, pro, *bello*. Ps. 24. 4. נְקִי כַפַּיִם וּבַר לֵבָב *innocens manuum, mundus cordis*, pro, *manibus, corde.*

10. Verbalia actionem significantia & in regimine posita interdum casus suorũ verborum admittunt, vt Amos. 4. 11.

כְּמַהְפֵּכַת אֱלֹהִים אֶת-סְדוֹם *secundum euersionem Dei Sodomam*, id est, *sicut euertit Deus Sodomam*. 2. Paral. 2. 11. בְּאַהֲבַת יְהוָה אֶת-עַמּוֹ, *in amore Domini populum suum*, id est, *quia dilexit Dominus populum suum*.

11. Comparatiuum exprimunt Hebræi beneficio præpositionis מִן, seu literæ מ. pro מן positæ, vt Cant. 1. 2. טוֹבִים דֹּדֶיךָ מִיָּיִן *boni amores tui præ vino*, id est, *meliores vino*. Sic Psal. 45. 3. יָפְיָפִיתָ מִבְּנֵי אָדָם *speciosus forma præ filijs hominum*. Psal. 117. טוֹב לַחֲסוֹת בַּיהוָה מִבְּטֹחַ בִּנְדִיבִים, *Bonum est sperare in Domino, quàm sperare in Principibus*, & alia sexcenta. Reddunt etiam per nomen in genitiuo positum, vt Psal. 89. 28. *Excelsus* לְמַלְכֵי-אָרֶץ *regum*, siue *præ regibus terræ*.

12. Superlatiuus apud Hebræos his fere modis exprimitur. I. per aduerbiū מְאֹד, vt Gen. 1. *Vidit Deus cuncta, quæ fecerat, & erant valde bona* טוֹב מְאֹד id est, *optima*. II. per copulationem substantiui cum alio substantiuo, vt Psal. 36. 4. *Verba eius iniquitas & dolus* אָוֶן וּמִרְמָה, id est, *dolosissima & iniquissima*. III. per genitiuū pluralem siue diuersi nominis, vt Isa. 53. 3. אִישׁ מַכְאֹבוֹת

vir dolorum, id est, *summis affectus doloribus*, 1. Sam. 21. 7. אַבִּיר הָרוֹעִים *potentissimus pastorum*: siue nominis eiusdem, vt Cant. 1. 1. שִׁיר הַשִּׁירִים *canticum canticorum*. Eccl. 1. 2. הֲבֵל הֲבָלִים *vanitas vanitatum*. IV. per genitiuum singularis numeri, vt Ps. 61. 4. *Turris fortitudinis*, מִגְדַּל־עֹז, id est, *turris fortissima*. V. per seruilē literā ב, vt Cant. 1. 8. הַיָּפָה בַּנָּשִׁים *O pulcherrima mulierum*.

13. Ad amplificationem & excellentiam utuntur Hebræi nominibus Dei, vt Ps. 80. 11. *arbusta eius sicut* אַרְזֵי אֵל *cedros Dei*, id est, *procerissimas*. Sic etiam dicitur, Ps. 36. 7. הַרְרֵי־אֵל *montes Dei*, id est, *maximi*. Ps. 98. 3. יְשׁוּעַת אֱלֹהֵינוּ *salutare Dei nostri*, id est, *salus eximia Deoque digna*. Item duo coniungunt substantiua, quæ idem significent, vt Ps. 40. 3. *Eduxit me de lacu miseria, &* מִטִּיט הַיָּוֵן *de luto fæcis seu cæni*, id est, *de luto densissimo*.

14. Defectum diminutiui propriè dicti solent per eiusdem nominis iterationem compensare, vt 1. Sam. 1. 24. *Puer autem adhuc erat infantulus* הַנַּעַר נָעַר. Possunt etiam per adiectiuū, vt Cant. 8. 8. אָחוֹת לָנוּ קְטַנָּה

soror

ſoror noſtra parua ſeu *paruula eſt*. Aut adiuncto aduerbio מְאֹד קְטַנָּה *valde parua*. צָעִיר *adoleſcentulus*. Pſ. 119. 141. מְאֹד צָעִיר *valde adoleſcentulus*.

15. Diſtributiua per eiuſdem nominis iterationem redduntur, vt Gen. 7. 2. *Ex omnibus animantibus mũdis tolles* שִׁבְעָה שִׁבְעָה *ſeptem & ſeptem*, id eſt, *ſeptena*. Gen. 32. 16. *Et dedit in manus ſeruorum ſuorum* עֵדֶר עֵדֶר *gregem, gregem*, id eſt, *ſingulos greges*. Iſa. 58. 2. אוֹתִי יוֹם יוֹם יִדְרֹשׁוּן, *me die die quærunt*, id eſt, *per ſingulos dies*. Per eandem ſignificatur etiam diuerſitas, vt Prou. 20. 10. אֶבֶן וָאֶבֶן אֵיפָה וְאֵיפָה *pondus & pondus, menſura & menſura* (id eſt, ad fraudes varia) *utrumque abominabile eſt apud Deum*.

16. Vniuerſitas ſeu multitudo ſignificatur per idem nomen geminatũ in diuerſo genere, vt Iſa. 31. *validum & fortem*, ſeu *validam*, מִשְׁעָן וּמַשְׁעֵנָה quaſi dicas, *ſuſtentatorem & ſuſtentatricem*, id eſt, *omne robur*. Eccl. 2. 8. *cantores & cantatrices* שָׁרִים וְשָׁרוֹת id eſt, *omne genus muſicorum*. Ier. 7. 34. *vox ſponſi, & vox ſponſæ*, id eſt, *omnis lætitia, plauſusq; nuptialis*. Multitudo ſignificatur etiam per nomen in eodem repetitum ge-

nere, vt Gen. 14. 10. *vallis autem siluestris habebat multos puteos* בֶּאֱרֹת בֶּאֱרֹת *bituminis.*

17. Quia Hebræi carent proprijs reciprocis, pro ijs vtuntur affixis tertiæ personæ, vt Isa. 6. 2. *Duabus velabant* פָּנָיו *faciem eius*, id est, quisq; suam, *& duabus velabant* רַגְלָיו *pedes eius*, id est, quisque suos, *& duabus volabant*. Psal. 141. 10. *cadent in retiaculo eius,* בְמַכְמֹרָיו *peccatores,* id est, *quisque in suo*, vel, *in sua quisque retiacula, nisi malis per eius referri iniquitatem, vel subaudiri Diabolum*. Psal. 25. 22. *libera Deus Israel ex omnibus* צָרוֹתָיו *tribulationibus suis.* & Psal. 130. 8. *Ipse redimet Israel ex omnibus* עֲוֹנֹתָיו *iniquitatibus eius*, in quibus duobus exemplis vides idem affixum modò reciprocè, modò tantùm relatiuè accipi.

18. Relatiuum אֲשֶׁר & antecedens non possunt non conuenire, cùm illud utriusque & generis, & numeri sit, nec in casus inflectatur. modò tamen relatiuum omittitur, vt Psal. 18. 44. עַם לֹא יָדַעְתִּי יַעַבְדוּנִי *populus (* אֲשֶׁר *quem) non cognoui, seruiuit mihi.* modò ipsum antecedens, Ruth. 2. 9. וְשָׁתִית מֵאֲשֶׁר יִשְׁאֲבוּן *& bibe de (* מַיִם *aqua) quam hausē-*

hauserint. *Gen*. 44. 1. וַיְצַו אֶת-אֲשֶׁר עַל-בֵּיתוֹ. *Et praecepit, qui super domum suam*, id est, *praecepit ei, qui*, &c. siue, *dispensatori domus suæ*.

19. Post relatiuum passim additur sequenti voci aliud relatiuum, seu pronomē affixum, vel redundans, vel emphaticum, vt Gen. 1. 11. אֲשֶׁר זַרְעוֹ בוֹ *cuius semen eius in ipso*. Ps. 1. 4. כַּמֹּץ אֲשֶׁר תִּדְּפֶנּוּ רוּחַ *sicut puluis* seu *gluma quam proyciet eam ventus*. Hinc illud Ps. 194. *quorum non audiantur voces eorum*. Item Ps. 122. 4. *Cuius participatio eius in idipsum*, pro, *cuius participatio pariter*, & alia non pauca hunc Hebraismum imitantia. Est etiam vbi hoc affixum solùm sine relatiuo ponitur. vt Iob. 5. 17. אַשְׁרֵי אֱנוֹשׁ יוֹכִחֶנּוּ אֱלוֹהַּ, *Beatus homo, quem corripit Deus*.

20. Vsitatum est Hebræis ponere nominatiuum nominis, cuius postea casum alium per affixum, vel aliter referunt. vt Ps. 11. 4. יְהוָה בַּשָּׁמַיִם כִּסְאוֹ *Dominus in cœlo sedes eius*, pro, *Domini in cœlo sedes*. Num. 5. 12. אִישׁ אִישׁ כִּי תִשְׂטֶה אִשְׁתּוֹ, *Vir, vir, si declinauerit uxor eius*, id est, *cuiuscunque uxor erraueri*. nam אִישׁ pro *unoquoque* etiam non geminatum

minatum ſolet accipi. Pſ. 90. יְמֵי-שְׁנוֹתֵינוּ בָהֶם שִׁבְעִים שָׁנָה *Dies annorum noſtrorum in ipſis ſeptuaginta anni*, id eſt, *in ipſis diebus annorum noſtrorum* (ſunt) *ſeptuaginta anni.*

21. Relatiuum ponitur interdum ante ſuum antecedens, vel id refert, quod mẽte cogitatur, vt Exod. 2. וַתִּרְאֵהוּ אֶת-הַיֶּלֶד *& vidit eum puerum.* Pſ. 87. 1. יְסוּדָתוֹ *fundamentum eius* (glorioſæ ciuitatis Dei, de qua v. 3.) *in montibus ſanctis.* Prou. 7. 8. *conſidero vecordem iuuenem, qui tranſit per plateam iuxta* פִּנָּהּ *angulum eius, & prope viam* בֵּיתָהּ *domus illius* (mulieris ſcilicet, de qua v. 10.) *graditur.* Cant. 3. 3. *Num* אֵת שֶׁאָהֲבָה *quem diligit anima mea vidiſti?* ad cuius imitationem illa feruens amore Io. 20. 15. dicebat. *Domine, ſi tu ſuſtuliſti eum, dicito mihi.*

22. Ipſum antecedens non rarò ponitur loco relatiui, maximè ſi nomen propriũ ſit, vt eundẽ eſſe, de quo dicitur, dubitari omnino non poſſit. vt Gen. 5. 1. *Creauit Deus hominem, ad ſimilitudinem* אֱלֹהִים *Dei* (pro, *ſuam*) *fecit illum.* Gen. 4. 23. *Dixit Lamech uxoribus ſuis Ada & Sella: audite vocem*

cem meam נְשֵׁי לֶמֶךְ *uxores Lamech*, pro, *uxores meæ.*

CAPVT II.

De Constructione verborum,

1. Verbum personale finiti modi antecedit nominatiuus eiusdem plerumq; generis, numeri & personæ, vt אֲנִי אָמַרְתִּי *ego dixi.* אַתָּה תְּבָרֵךְ *tu benedices.* יְהִי אור *fiat lux.*

2. Verbum generis masculini iungitur quandoque cum nomine generis fœminini, & vicissim nomen masculinum cum verbo fœminino, vt 1. Sam. 25. 27. *Suscipe benedictionem, quam* הֵבִיא שִׁפְחָתְךָ *attulit ancilla tua.* 2. Sam. 13. 39. וַתְּכַל דָּוִד *cessauitque Dauid.* Eccl. 10. 15. עֲמַל הַכְּסִילִים תְּיַגְּעֶנּוּ *labor stultorum affliget eum*, siue *eos*, id est, *unumquemque stultorum.* In illo Cant. 2. 7. *adiuro vos* אֶתְכֶם *filiæ Ierusalem, per capreas ceruosque camporum, ne suscitetis* תָּעִירוּ *neque euigilare faciatis* תְּעוֹרְרוּ *dilectam*, genus etiam pronominis mutatum cernis.

3. Verbum numeri pluraris iungitur inter-

interdum cum nomine numeri singularis, vt Hag. 2. 8. וּבָאוּ חֶמְדַּת גּוֹיִם *& venient desiderium gentium.* Sed locus iste valde probabiliter olim aliter habuit, quemadmodum videre licet apud P. Riber. in eundem. Certius est tum id potissimum fieri, cùm nomen singulare collectiuum est, multosque complectitur, vt Ps. 65. 11. חַיָּתְךָ יָשְׁבוּ־בָהּ *animal tuũ habitabũt in ea,* pro *animalia tua.* Ionæ 1. 5. *Et timuerunt nautæ, & clamauérunt vir* וַיִּזְעֲקוּ אִישׁ *ad Deum suum,* id est, *viri, siue unusquisque virorum.* Solet etiam oppositum fieri, nomen scilicet plurale construi cum verbo singulari, vt Gen. 1. 14. יְהִי מְאוֹרֹת *fiat luminaria,* pro, *fiant,* maximè cùm nomen pluralis numeri distributiuè potest explicari, vt Gen. 49. 22. בָּנוֹת צָעֲדָה *filiæ discurrit,* id est, *unaquæque filiarum discurrit:* aut ad excellentiam indicandam, vt Prou. 9. 1. חָכְמוֹת בָּנְתָה *sapientia ædificauit sibi domum.* Aut ad mysteriũ Ss. Trinitatis insinuandum, vt Gen. 1. v. 1. בָּרָא אֱלֹהִים *creauit Dei,* id est, *vnus trinusque Deus.*

4. Cùm duo nomina per Regimen coniungun-

iunguntur, verbum aliquando in genere & numero conuenit cum posteriore, quamuis sensu cum priore consentiat, vt Eccl. *10. 1.* זְבוּבֵי מָוֶת יַבְאִישׁ יַבִּיעַ שֶׁמֶן *muscæ mortis fœtere faciet, exhalare faciet, unguentum*, id est, *muscæ mortis perdunt suauitatem unguenti. Gen. 4. 10.* קוֹל דְּמֵי אָחִיךָ צֹעֲקִים *vox sanguinum fratris tui clamant*, pro, *vox sanguinis fratris tui clamat.*

5. Non est inusitatus transitus ab vna persona ad aliam, etiam in eodem versu, vt Isa. *54. 1. Lætare sterilis, quæ non* יָלָדָה *parit*, pro, *paris*. Idem cap. 22. 19. *Expellam te de statione tua, & de ministerio tuo deponam te*, יֶהֶרְסֶךָ, id est, *deponet te*. Gen. 49. 9. *Ad prædam, fili mi, ascendisti, requiescens accubuisti* (רָבַץ accubuit) *ut leo. Ps. 81. 17. cibauit eos ex adipe frumenti, & de petra melle saturauit* (אַשְׂבִּיעֶ saturaui) *eos*. Addunt aliqui mutationem in eodem orationis membro, cuiusmodi ponunt illud Iob. *17. 10.* כֻּלָּם תָּשֻׁבוּ *omnes illi conuertemini*, sed rectiùs videtur reijci, cùm ם affixum respondere possit Latino quoque vocabulo *ipse, ipsa, ipsum*, hoc verò etiam primæ & secundæ per-

dæ personæ adiungi, vt constat, sicut etiam pronomen הוּא in illo Pſ. 44. 5. אַתָּה-הוּא מַלְכִּי *Tu ipse rex meus.*

6. Tertia persona vtriusque numeri sumitur impersonaliter, vt Gen. *16. 14.* עַל-כֵּן קָרָא לַבְּאֵר בְּאֵר לַחַי רֹאִי *propterea vocatum est putei* (hoc est, nomē putei) *puteus viuentis me.* nisi malis hîc verbum masculinum esse positum pro fœminino, quod ex §. 2. huius capitis fit probabile, sicque sensus erit; *appellauit* (Agar) *puteum illum, puteum viuentis & videntis me.* Mich. 2. 4. *In illa die sumetur* (יִשָּׂא sumet) *super vos parabola, & cantabitur* (וְנָהָה & cantabit lamentans) *canticum cum suauitate.* Pſ. 87. 5. וּלְצִיּוֹן יֵאָמַר *& Sioni dicetur.* Qui vertit *numquid Sion dicet*, sub יאמר alia puncta videtur intellexisse, alioqui cum istis punctis, quibus nunc afficitur, est personalis constructio. nam sequens particula, *homo & homo*, &c. membrum orationis efficit. Septuaginta sine dubio μήτι σιὼν ἐρεῖ verterunt. vnde librariorū vitio μήτι in μήτηρ peruersum habetur, quasi legendum *mater Sion dicet.*

7. Præcedentia tempora sæpe dant ad-

significa-

significationem subsequentibus, vt si sequantur futura vel infinita post præteritum, ea sint ad modum præteriti exponenda. vt Isa. 6. 2. *Duabus velabant* יְכַסֶּה &c. *& duabus volabant* יְעוֹפֵף quia præcessit עֹמְדִים *stantes* seu *stabant*, quod futurum non est. Exod. 15. 5. תְּהֹמֹת יְכַסְיֻמוּ *abyssi aperuerunt eos*, quia præcessit טֻבְּעוּ בְיַם-סוּף *submersi sunt in mari rubro*. Ps. 35. 16. *Tentauerunt me*, &c. חָרֹק *frendere*, (pro *frenduerunt*) *super me dentibus suis*.

8. Etiam alioqui frequens est temporũ, & modorum Enallage veluti.

Præteritũ ponitur pro futuro, etiã absente ו cõuersiuo (de quo pag. *144*.) vt Mich. 7. 8. *Ne læteris inimica mea super me*, כִּי נָפַלְתִּי קָמְתִּי *quia cecidi*, *consurgam*. Item pro Infinito, vt 2. Sam. 12. 14. נִאֵץ נִאַצְתָּ *blasphemando blasphemasti*, seu *blasphemare fecisti*. nisi forte in נִאֵץ puncta sint perperam posita pro נַאֵץ. Item pro præsenti, vt Ezech. 13. 3. *væ Prophetis insipientibus, qui sequuntur spiritum suum*, וּלְבִלְתִּי רָאוּ *& nihil vident*, siue, *cùm nihil videant*.

Participium passiuum pro actiuo po-

[illegible], vt Iud. 8. 11. *per viam* השכוני באהלים *habitantium in tentorijs* seu *tabernaculis.* Cant. 3. 8. [illegible] אחזי חרב *tenentes gladium.* Item [illegible] pro passiuo, vt 1. Reg. 22. 35. *Rex* [illegible] *in curru suo.* Potest [illegible] passiuè, *constitutus erat in curru* [illegible] sententia. quare diligenter [illegible] huiusmodi mutatio-[illegible] nimium, nimiùmq; à [illegible] regulis discedamus.

[illegible] pro præterito, etiam [illegible] veluti [illegible] 2. 1. אעלה *Eduxi* [illegible] Et cùm præcedit parti-[illegible] 15. 1. אז ישיר *Tunc cecinit* [illegible] Item pro præsenti, ma-[illegible] cum voce interrogationis, vt Gen. [illegible] *aut quò* תלך *vadis?* Iob. 1. 7. [illegible] Item pro Imperatiuo, [illegible] *Dominum Deum tuum* תירא [illegible] Peculiariter autem præcepta ne-[illegible] per futurum dari solent, quòd vim [illegible] tempus exerant. Item pro [illegible] 8. 3. *ne festines recedere* (תלך, [illegible] *facie eius.* 1. Sam. 2. 3. *nolite* [illegible] loquemini) *sublimia.*

Possent

Posset tamen in istis subaudiri ש, quo sensus fiat, *ut recedas, ut loquamini.*

Imperatiuus quandoque ponitur pro futuro, maximè in promissionibus, vt Prou. 3. 4. *misericordia & veritas te non deserant, circumda,* &c. וּמְצָא-חֵן *& inueni,* pro *inuenies gratiam.* c. 4. 4. *custodi præcepta mea* וֶחְיֵה *& viue,* pro *viues.* Isa. 55. 2. *audite audientes me* וְאִכְלוּ-טוֹב *& comedite,* pro *comedetis bonum.*

Infinitiuus pro præterito, vt Ps. 8. 2. *Quoniam* תְּנָה *ponere,* pro *posuisti, magnificentiam tuam super cælos.* Ezech. 1. 14. *Et animalia ibant & reuertebantur.* רָצוֹא וָשׁוֹב. Item pro Imperatiuo, vt Ps. 17. 5. תְּמֹךְ *sustenta, perfice gressus meos in semitis tuis.* Item pro futuro, Leuit. 6. 14. *Hæc est lex sacrificij & libamentorum,* quæ הַקְרֵב *offerent filij Aaron coram Domino.*

9. Infinitiuus augendæ significationis gratia sæpissimè verbi sui præterito vel futuro præponitur, Gen. 26. 28. רָאוֹ רָאִינוּ *videndo vidimus.* 1. Sam. 1. 11. רָאֹה תִרְאֶה *videndo videbis:* imperatiuo autem postpo-

nitur, vt Iud. 8. 11. *per viam* הַשְּׁכוּנֵי בָאֳהָלִים *habitantium in tentoriis* seu *tabernaculis*. Cant. 3. 8. *omnes* אֲחֻזֵי חֶרֶב *tenentes gladium*. Item actiuum pro passiuo, vt 1. Reg. 22. 35. *Rex Israel* מָעֳמָד *stabat in curru suo*. Potest tamen explicari passiuè, *constitutus erat in curru suo*, eodem sensu. quare diligenter attendendum, ne in huiusmodi mutationibus concedamus nimium, nimiùmq; à communibus regulis discedamus.

Futurum sumitur pro præterito, etiam sine ו conuersiuo, vt Iud. 2. 1. אַעֲלֶה *Eduxi vos de Aegypto*. Et cùm præcedit particula אָז, vt Exod. 15. 1. אָז יָשִׁיר, *Tunc cecinit Moyses & filij Israel*. Item pro præsenti, maximè cum voce interrogationis, vt Gen. 32. 17. *Cuius es, aut quò* תֵּלֵךְ *vadis?* Iob. 1. 7. מֵאַיִן תָּבֹא *vnde venis?* Item pro Imperatiuo, vt Deut. 6. 13. *Dominum Deum tuum* תִּירָא *timebis*. Peculiariter autem præcepta negatiua per futurum dari solent, quòd vim suam in omne tempus exerant. Item pro infinito. Eccl. 8. 3. *ne festines recedere* (תֵּלֵךְ, recedes, ibis) *à facie eius*. 1. Sam. 2. 3. *nolite multiplicare loqui* (תְדַבְּרוּ loquemini) *sublimia*.

Posset

Posset tamen in istis subaudiri ש, quo sensus fiat, *ut recedas, ut loquamini.*

Imperatiuus quandoque ponitur pro futuro, maximè in promissionibus, vt Prou. 3. 4. *misericordia & veritas te non deserant, circumda*, &c. וּמְצָא-חֵן *& inueni*, pro *inuenies gratiam*. c. 4. 4. *custodi præcepta mea* וֶחְיֵה *& viue*, pro *viues*. Isa. 55. 2. *audite audientes me* וְאִכְלוּ-טוֹב *& comedite*, pro *comedetis bonum*.

Infinitiuus pro præterito, vt Ps. 8. 2. *Quoniam* תְּנָה *ponere*, pro *posuisti, magnificentiam tuam super cælos*. Ezech. 1. 14. *Et animalia ibant & reuertebantur*. רָצוֹא וָשׁוֹב. Item pro Imperatiuo, vt Ps. 17. 5. תְּמֹךְ *sustenta, perfice gressus meos in semitis tuis*. Item pro futuro, Leuit. 6. 14. *Hæc est lex sacrificij & libamentorum*, quæ הַקְרֵב *offerent filij Aaron coram Domino*.

9. Infinitiuus augendæ significationis gratia sæpissimè verbi sui præterito vel futuro præponitur, Gen. 26. 28. רָאוֹ רָאִינוּ *videndo vidimus*. 1. Sam. 1. 11. רָאֹה תִרְאֶה *videndo videbis*: imperatiuo autem postpo-

nitur, vt Isa. 6. 9. שִׁמְעוּ שָׁמוֹעַ וְאַל-תָּבִינוּ וּרְאוּ רָאוֹ וְאַל-תֵּדָעוּ, *Audite audientes, & nolite intelligere, & videte visionem, & nolite cognoscere.*

10. Verbum הָיָה *est* cum ל, possessionem significat, explicarique potest per verbum habet, vt Gen. 26. 14. וַיְהִי-לוֹ מִקְנֵה-צֹאן *Et fuit illi possessio pecoris.* Sæpe tamen omittitur, vt Gen. 18. 10. וּלְשָׂרָה בֵן *Et Saræ filius*, scilicet, *erit*. Ps. 24. 1. לַיהוָה הָאָרֶץ וּמְלוֹאָהּ *Domini est terra, & plenitudo eius.* Cùm substantiuè accipitur, ejus vim supplent pronomina, vt Ps. 119. 128. עַבְדְּךָ--אָנִי *seruus tuus ego*, pro, *sum ego*. Ps. 128. 2. אַשְׁרֶיךָ וְטוֹב לָךְ, *beatus tu, & bene tibi*, pro, *beatus es, & bene tibi erit.* Gen. 42. 9. מְרַגְּלִים אַתֶּם *exploratores estis.*

11. Verbis, quæ voluntatem facultatemque significant, additur infinitiuus cum ל, vt Prou. 24. 1. *Ne æmuleris viros malos, & ne desideres* לִהְיוֹת *esse cum eis.* Gen. 45. 1. *non poterat ultra* לְהִתְאַפֵּק *se continere Ioseph.*

12. Verba sensuum, & alia quædam præpositiones amant, constructione Latinis inusitata. vt Ps. 105. 6. לִרְאוֹת בְּטוֹבַת בְּחִירֶיךָ *ad videndum in bonitate electorum tuorum, id*

est, ut videam bonitatem electorum tuorum. Ps. 20. 8. Hi in curribus & equis; nos autem בְּשֵׁם-יְהוָה אֱלֹהֵינוּ נַזְכִּיר in nomine Domine Dei nostri memorabimus, siue innocabimus. Ps. 78. 22. Non crediderunt בֵּאלֹהִים in Deo, id est, Deo non crediderunt.

13. Verba motum per se non significantia, beneficio præpositionum eiusmodi verba supplent, ac duplicem quodammodo significationem habent, vt Ps. 18. 22. וְלֹא-רָשַׁעְתִּי מֵאֱלֹהָי nec impiè gessi à Deo meo, id est, nec impiè me gerendo defeci à Deo meo. Ps. 73. 27. Perdis omnes זוֹנֶה מִמֶּךָּ qui fornicantur abs te, id est, quicunque fornicando recedis à te. Num. 19. 2. וְיִקְחוּ אֵלֶיךָ Et accipient, id est, accipientes ducent, ad te vaccam rufam. Ps. 104. 22. וְאֶל-מְעוֹנֹתָם יִרְבָּצוּן & ad cubilia sua recumbent, id est, ibunt, ut recumbant.

14. Verba quæ repetitionem iteratamúe actionem significant, commodissimè per Latinorũ aduerbia explicantur, vt Iob. 7. 7. non (תָּשׁוּב) reuertetur oculus meus, ut videat bona, id est, non ampliùs videbit bona. Simile est illud Ps. 85. 7. Deus tu conuersus, (id est, iterã) viuificabis nos. Iud. 3. 12.

Addiderunt autem (וַיֹּסִפוּ) *filij Israel facere,* id est, *iterum fecerunt, malum in conspectu Domini.*

15. Sacra lingua peculiariter gaudet verbis transitiuis, quæ regant nomina ab iisdem ipsis verbis profecta, vt Exod. 3.3. *vadam & אֶרְאֶה אֶת-הַמַּרְאֶה videbo visionem hanc magnam.* Gen. 11.3. *venite faciamus lateres* (נִלְבְּנָה לְבֵנִים laterificemus lateres) *& coquamus eos igni,* וְנִשְׂרְפָה לִשְׂרֵפָה & comburamus ad combustionem. Ezech. 17. 1. vbi nos legimus: *propone ænigma, & narra parabolã,* Hebræa habent, חוּד חִידָה וּמְשֹׁל מָשָׁל *ænigmatiza ænigma, & parabolizæ parabolam.*

16. Verba Passiua suorum actiuorum casus admittunt, vt Gen. 21. v. 8. *Fecitque Abraham grande conuiuiũ* בְּיוֹם הִגָּמֵל אֶת-יִצְחָק *in die quo ablactabatur* (Isaacum) *Isaac,* id est, *ablactionis eius. Exod. 10. 8.* וַיּוּשַׁב אֶת-מֹשֶׁה *& reductus est* (Moson) *Moses & Aaron ad Pharaonem.* Ps. 72. 19. וְיִמָּלֵא כְבוֹדוֹ אֶת-כֹּל-הָאָרֶץ *Et replebitur maiestate eius* (omnem terram) *omnis terra.*

17. Participia interdum absolutè ponuntur ad causam eius, quod præcessit, indica-

indicandam, vt Amos. 5. 7. *Qui conuertitis* (הַהֹפְכִים conuertentes) *in absynthium, iudicium*. Et cap. 8. 14. *Qui iurant* (הַנִּשְׁבָּעִים iurantes) *in delicto*, seu *per vitulum, Samariæ*. vtrobique pœna præcedit, cuius hoc loquendi modo subiungitur causa.

18. Participia passiua habent interdum vim nominum verbalium in *bilis*, vt 2. Sam. 1. 23. *Saul & Ionathas* הַנֶּאֱהָבִים *amabiles & decori valde in vita sua*. Psal. 139. 14. *mirabilia* נִפְלָאִים *opera tua*. Psal. 145. 3. *Magnus Dominus* וּמְהֻלָּל *& laudabilis nimis*.

CAPVT III.

De Dictione.

1. Aduerbium negandi etiam præpositum signo *omnis*, vim negatiuæ uniuersalis habet, vt Psal. 49. 18. לֹא בְמוֹתוֹ יִקַּח הַכֹּל *cum interierit, non sumet omnia*, id est, *nihil secum auferet*. Psal. 147. 20. לֹא-עָשָׂה כֵן לְכָל-גּוֹי *non fecit taliter omni nationi*, id est, *nulli sic fecit*.

2. Negatio posita in præcedente sen-

Addiderunt autem (וַיֹּסִפוּ) *filij Israel facere*, id est, *iterum fecerunt, malum in conspectu Domini.*

15. Sacra lingua peculiariter gaudet verbis transitiuis, quæ regant nomina ab ijsdem ipsis verbis profecta, vt Exod. 3.3. *vadam &* אֶרְאֶה אֶת-הַמַּרְאֶה *videbo visionem hanc magnam*. Gen. 11.3. *venite faciamus lateres* (נִלְבְּנָה לְבֵנִים laterificemus lateres) *& coquamus eos igni*, וְנִשְׂרְפָה לִשְׂרֵפָה & comburamus ad combustionem. Ezech. 17.1. vbi nos legimus: *propone ænigma, & narra parabolã*, Hebræa habent, חוּד חִידָה וּמְשֹׁל מָשָׁל *ænigmatiza ænigma, & parabolisa parabolam.*

16. Verba Passiua suorum actiuorum casus admittunt, vt Gen. 21. v. 8. *Fecitque Abraham grande conuiuiũ* בְּיוֹם הִגָּמֵל אֶת-יִצְחָק *in die quo ablactabatur* (Isaacum) *Isaac*, id est, *ablactionis eius. Exod.* 10. 8. וַיּוּשַׁב אֶת-מֹשֶׁה *& reductus est* (Moson) *Moses & Aaron ad Pharaonem*. Psal. 72. 19. וְיִמָּלֵא כְבוֹדוֹ אֶת-כָּל-הָאָרֶץ *Et replebitur maiestate eius* (omnem terram) *omnis terra.*

17. Participia interdum absolutè ponuntur ad causam eius, quod præcessit. indica-

indicandam, vt Amos. 5. 7. *Qui conuertitis* (הַהֹפְכִים conuertentes) *in absynthium, iudicium*. Et cap. 8. 14. *Qui iurant* (הַנִּשְׁבָּעִים iurantes) *in delicto*, seu *per vitulum, Samariæ*. vtrobique pœna præcedit, cuius hoc loquendi modo subiungitur causa.

18. Participia passiua habent interdum vim nominum verbalium in *bilis*, vt 2. Sam. 1. 23. *Saul & Ionathas* הַנֶּאֱהָבִים *amabiles & decori valde in vita sua*. Psal. 139. 14. *mirabilia* נִפְלָאִים *opera tua*. Psal. 145. 3. *Magnus Dominus* וּמְהֻלָּל *& laudabilis nimis*.

CAPVT III.

De Dictione.

1. Aduerbium negandi etiam præpositum signo *omnis*, vim negatiuæ vniuersalis habet, vt Psal. 49. 18. לֹא בְמוֹתוֹ יִקַּח הַכֹּל *cum interierit, non sumet omnia*, id est, *nihil secum auferet*. Psal. 147. 20. לֹא־עָשָׂה כֵן לְכָל־גּוֹי *non fecit taliter omni nationi*, id est, *nulli sic fecit*.

2. Negatio posita in præcedente sen-

tentia vel parte, sæpenumero etiam ad sequentem extenditur, sicque vicem duarum obit, vt Psal. 1. 5. *Non resurgent impij in iudicio,* וְחַטָּאִים *&* (pro, *& non,* seu *neque*) *peccatores in consilio iustorum.* Sic Psal. 44. 19. *Non est conuersum retro cor nostrum, & declinasti semitas nostras à via tua,* id est, *& non declinasti,* &c. Prou. 17. 26. *non est bonum damnum inferre iusto, percutere principem, qui recta iudicat,* id est, *nec percutere,* &c. *bonum est.*

3. Aduerbium כ modò solam similitudinem significat, vt Deut. 18. 15. *Prophetam de gente tua & de fratribus tuis* כָּמֹנִי *sicut me suscitabit tibi Dominus Deus tuus,* modò etiam æqualitatem ac veritatem. vt Isa. 1. 7. *Desolabitur* כְּמַהְפֵּכַת זָרִים *sicut in vastitate hostili.* Quãdo geminatur, veluti reciproca paritas ac permistio indicatur, vt Isa. 24. 2. וְהָיָה כָעָם כַּכֹּהֵן *Et erit sicut populus, sic sacerdos, & sicut seruus, sic dominus eius,* &c. Gen. 18, 25. *absit à te, ut rem hanc facias, & occidas iustum cum impio, fiatque* כַצַּדִּיק כָּרָשָׁע *iustus sicut impius,* quasi dicat: *nullum inter utrumque discrimen facias.* Sic Psal. 139. 11.

Nox

Nox sicut dies illuminabitur, כַּחֲשֵׁיכָה כָּאוֹרָה *sicut tenebræ, ita lumen*, id est, *apud te prorsus pares sunt lux & tenebræ.*

4. Aduerbiorũ comparatiui etiam per יוֹתֵר videntur exprimi: vt Esth. 6. 6. *cui volet rex facere* יְקָר יוֹתֵר מִמֶּנִּי *honorem potius*, vel *magis, quàm mihi?* Eccl. 6. 8. מַה-יּוֹתֵר לֶחָכָם מִן-הַכְּסִיל *quid habet amplius sapiens à stulto?* hoc tamen potest etiam nominaliter explicari: *quæ præstantia sapienti præ stulto?* Superlatiui per מְאֹד geminatum, vt Exod. 1. 7. *Filij Israel creuerunt, & quasi germinantes multiplicati sunt, ac roborati* בִּמְאֹד מְאֹד *validissimè*, noster vertit *nimis*, quo vocabulo etiam simplex מְאֹד vertere solet, vt Ps. 93. 5. *Testimonia tua credibilia facta sunt* מְאֹד *nimis*, q. d. *adeo, ut incipiam videri possit nimis.* duplicatum tamen magis auget.

5. Frequens est apud Hebræos Enallage præpositionum, vt de מ. כ. ל. ב. superiori parte cap. 6. dictum; nunc vnum & alterum addamus exemplum.

אֶל quod præcipuè significat *ad*, valet etiã *super*. vt Ier. 4. 3. *nolite serere* אֶל-קֹצִים

 super

super spinas. item *cum,* Ezech. 2. 6. *cum scorpionibus* אֶל-עַקְרַבִּים *habitas.* Item *in.* Exod. 25. 16. *Ponesque in arca* אֶל-הָאָרֹן *in testificationem, quam dabo tibi.* item *de,* vt Gen. 20. 2. *Dixitque* אֶל-שָׂרָה *de Sarà vxore sua, soror mea est.* Item *secus* siue *apud,* vt Iob. 29. 19. *Radix mea aperta est secus aquas,* אֱלֵי מָיִם.

אֵת quod præcipuè significat *cum,* sumitur etiam pro *ex,* vel *de,* vt 1. Reg. 18. 32. *Et ædificauit* אֶת-הָאֲבָנִים *de lapidibus altare.* Exod. 9. 29. *cùm egressus fuero* אֶת-הָעִיר *de,* vel *ex urbe.* Item pro ל datiuo servit, vt 1. Sam. 22. 17. *respondensque Achimelech* אֶת-הַמֶּלֶךְ *regi, ait.* Item pro *ad,* vt 1. Sam. 30. 21. *accedens autem Dauid* אֶת-הָעָם *ad populum, salutauit eos pacificè.* Item pro *per,* vt Gen. 4. 1. *Possedi hominem* אֶת-יְהוָה *per Dominum.* Item pro *aduersum,* vt Ierem. 15. 11. *si non occurri tibi in tempore afflictionis, & in tempore tribulationis* אֶת-הָאֹיֵב *aduersus inimicum.*

עַל quod præcipuè significat *super,* accipitur etiam pro *iuxta* siue *secus.* vnde illud Psal. 137. 1. *super flumina* עַל-נַהֲרוֹת *Babylonis illic sedimus & fleuimus.* item pro *contra,* vt Ps. 2. *aduersus Dominum* עַל-יְהוָה *& aduer-*

aduersus Christum eius. item pro *ad*, vt Gen. 38. 12. *ascendebat* עַל-גֹּזְזֵי *ad tonsores ouium suarum*. item pro *cum*, vt Exo. 35 22. *Et venerunt viri* עַל-הַנָּשִׁים *cum mulieribus*. item pro *in*, vt Isa. 38. 20. *Psalmos nostros cantabimus omnibus diebus vitæ nostræ in domo Domini*, עַל-בֵּית יְהוָה. significat etiam *pro* seu *propter*, Ps. 32. 6. *pro hac* עַל-זֹאת *orabit ad te omnis sanctus*, & tantundē adiuncto דְּבַר vt Ps. 45. 5. *propter verbū veritatis* עַל-דְּבַר-אֱמֶת, id est, *propter veritatem*, item *coram*, vt Zach. 6. 5. *ut stent* עַל-אֲדוֹן *coram Dominatore uniuersæ terræ*.

6. Loco præpositionis *propter* vsurpant *tò à facie*, vt Ps. 37. *non est pax ossibus meis* מִפְּנֵי *à facie peccatorum meorum*, id est, *ob peccata mea*, quæ vox sumitur etiam pro *contra*. vt Ps. 61. 4. *Factus es spes mea, turris fortitudinis* מִפְּנֵי אוֹיֵב *à facie inimici*. significat etiam *à fronte*, vt 2. Sam. 10. 9. *videns igitur Ioab, quod præparatum esset aduersus se prælium* מִפָּנִים וּמֵאָחוֹר *& ex aduerso & post tergū*. aliàs quoque frequentem vsum habet.

7. Solent Hebræi plures præpositiones coniungere præsertim מִן cum alijs, vt Ps. 78

Psal. 78.71. מֵאַחַר עָלוֹת *De post fœtantes accepit eum*, q. d. *de loco vel officio, quo solebat ire tamquam sedulus pastor post oues suas.* 2. Reg. 5:27. *Et egressus est ab eo* מִלְּפָנָיו *leprosus quasi nix*, ac si dicat, *à loco, vbi erat Giezi coram Eliseo.* Gen. 37.18. *cùm vidissent eum procul* בְּטֶרֶם *antequam accederet, cogitauerunt eum occidere.* Exod. 20.20. *nolite timere* כִּי לְבַעֲבוּר *ut enim probaret vos, venit Deus*, expressiùs, *ad hoc, ut probaret*, &c.

8. Coniunctionum quoque non infrequens est Enallage, veluti ו, quod præcipuè significat, *&*, sumitur quoq; pro *quia*, vt Isa. 64.5. *Ecce tu iratus es*, וַנֶּחֱטָא, *&* (id est, *quia*) *peccauimus.* Gen. 14.18. וְהוּא כֹהֵן *ipse enim sacerdos.* item pro *autem*, vt Ps. 40. וְאַתָּה *Tu autem Domine miserere mei & resuscita me.* Item pro *ut*, Gen. 23.8. *intercedite pro me*, &c. וְיִתֶּן־לִי *ut det mihi speluncam duplicem.* Item pro *si.* Exod. 13.3. וְאָמְרוּ לִי *si dixerint mihi. Quod est nomen eius? quid dicam eis?* Post אִם conditionalem, denotat consequentem orationis partem, quæ respondeat antecedenti, vt Leuit. 6. 28. *si vas*

vas æneum fuerit, וּמֹרַק וְשֻׁטַּף *defricabitur & lauabitur aqua.* Et 12. 5. *sin autem fœminam peperit,* וְטָמְאָה *immunda erit.* Item pro *sed,* vt Iob. 4. 1. *si cœperimus loqui tibi, forsitan molestè accipies,* וְעָצֹר בְּמִלִּין *sed conceptum sermonem tenere quis poterit?* Item pro *vel,* vt Exo. 21. 15. *Qui percusserit patrem suum* וְאִמּוֹ *aut matrem suam, morte moriatur.*

Sic cõiunctio כִּי quę præcipuè *causam* denotat, sumitur etiam pro *quòd,* vt Gen. 1. 4. *vidit Deus lucem,* כִּי *quòd esset bona.* Item pro *sed,* vt Ps. 118. 17. *non moriar,* כִּי *sed viuam:* hîc tamen videtur per Eclipsin abesse אִם. sicut & in illo Ps. 116. 10. *credidi* כִּי *propter quod locutus sum,* abest עַל. nam integrè dicendum foret כִּי־אִם & עַל־כִּי. Item pro *ut.* Iob. 6. 11. *Quæ est enim fortitudo mea,* כִּי *ut sustineam?* &c. Item pro *tantùm,* vt Isa. 39. 8. *Et dixit,* כִּי *tantùm fiat pax, & veritas in diebus meis.* Item pro *quando,* vt Gen. 4. 12. כִּי *cùm operatus fueris terram, non dabit tibi fructus suos.* Item pro *num, an verò,* vt Isa. 36. 19. *Numquid* וְכִי *liberauerunt Samariam de manu mea?* Item pro *relatiua,* vt Gen. 4. 25. *Posuit mihi Deus semen*

aliud pro Abel, כִּי *quem occidit Cain.* Quando geminatur, ſumitur modò *copulatiuè*, vt Iſa. 30. 21. *Hæc eſt via, ambulate in ea, & non declinetis neque ad dextram, neque ad ſiniſtrã,* כִּי תַאֲמִינוּ וְכִי תַשְׂמְאִילוּ ad verbum, *nec dextrabitis, nec ſiniſtrabitis*, modò *disiunctiuè*, vt 1. Reg. 18. 27. *Forſitan loquitur,* כִּי *aut in diuerſorio eſt,* כִּי *aut in via,* &c. כִּי אִם non ſolum pro *ſed*, verum etiam pro *niſi* accipitur, vt 1. Sam. 30. 17. *Et non euaſit ex eis quiſquam, niſi* כִּי אִם *quadringenti viri adoleſcentes.*

9. Coniunctio לוּלֵי, ſequente שׁ, reddit conſtructionem Latinis inuſitatam, vt Pſ. 124. 1. *niſi quia Dominus erat in nobis*, &c. Hebr. לוּלֵי יְהוָה שֶׁהָיָה לָנוּ, *niſi Dominus quia erat nobis*. Senſus eſt, *niſi Dominus fuiſſet nobiſcum.* Poteſt etiam dici, quòd vel שׁ redundet, vel ſit eclipſis, hunc in modum ſupplenda, *niſi Dominus, qui erat nobiſcum, obſtitiſſet*, &c. Hanc formam noſter Interpres etiam alibi ſequitur, vt Pſ. 94. 17. *niſi quia Dominus adiuuit me*, &c. id eſt, *niſi Dominus adiuuiſſet me.*

CAPVT.

CAPVT IV.

De Constructione figurata.

Non minùs Hebraica, quàm vel Græca vel Latina lingua, ſuas habet frequẽtes figuras ac tropos, nec vllis alijs caret ornamentis. Pauca, quæ huc ſpectent, breuiter perſtringemus.

1. Enallages multa iam exempla vidimus, addamus pauca quædam, vt Pſ. 39 2. *tu cognouiſti* שִׁבְתִּי וְקוּמִי *ſedere meum & reſurgere meum*, pro, *ſeßionem meam, & reſurrectionem meam*. Pſ. *102.3*. *In quacunque die innocauero te* מַהֵר עֲנֵנִי *feſtina* (pro *velociter*) *exaudi me*. tale videtur & illud Pſ. 60. 8. אֶעְלֹזָה אֲחַלְּקָה *latabor & partibor ſichimã*, pro *latè diuidam*. Gen. *11. 4*. הָבָה *da*, (pro *venite, agite*, aduerbio exhortandi) *faciamus lateres*. Sic v. 7. *venite deſcendamus*. Gen. 27.27. *Ecce* (רְאֵה *vide*) *odor filÿ mei ſicut odor agri pleni*.

2. Ad Eclipſin pertinet imprimis abſentia quarundam literarum ſeruilium, veluti Exod. 37. 5. *Fecit & propitiatorium* זָהָב (pro מִזָּהָב) *ex auro mundißimo*. Exo. 13.8.

Hoc

Hoc est, עָשָׂה (pro שֶׁעָשָׂה) *quod fecit mihi Dominus*. Mich. 3. 12. *Sion quasi ager* שָׂדֶה (pro כְּשָׂדֶה) *arabitur*. Num. 12. 5. *Descendit Dominus in columna nubis & stetit in introitu* פֶּתַח (pro בְּפֶתַח) *tabernaculi*. Num. 14. 25. *reuertimini in solitudinem*. הַמִּדְבָּר pro לְהַמִּדְבָּר. Ose. 8. 10. *requiescent paulisper ab onere* מֶלֶךְ שָׂרִים (pro וְשָׂרִים) *regis & principum*. Item casûs verborum videndi & audiendi, vbi subintelligitur id, quod hisce sensibus pro tali vel tali hominis constitutione, solet gratum ac iucundum esse. vt Ps. 35. 21. *Euge, euge, viderunt oculi nostri,* quod scilicet adeo expetebamus, exitium eius. Ps. 92. *12. In insurgentibus in me malignantibus audiet auris mea,* vindictam nimirum, quam, exspecto. Item aduersatiuæ, Ps. *119. 157. multi qui persequuntur me, & tribulant me &* (tamen) *à testimonijs tuis non declinaui*, &c. Huc spectat illud Iob. *1. 21. Nudus egressus sum de utero matris meæ, & nudus reuertar* שָׁמָּה *illuc*. cùm enim vterus maternus referri non possit, debet aliquod externum, nimirum *terra*, subintelligi.

3. Ad Zeugma, quod legimns Prou. *14. 25.*

25. מֵצִיל נְפָשׁוֹת עֵד אֱמֶת וְיָפִחַ כְּזָבִים מִרְמָה *Eruit animas testis veritatis, & efflat mendacia doli*, vbi ex priori membro resumendus est עֵד *testis*, vt sensus fiat: *testis-doli*, seu *dolosus*. Exo. 3. 16. *Dominus Deus patrum vestrorum apparuit mihi*, אֱלֹהֵי אַבְרָהָם יִצְחָק וְיַעֲקֹב *Deus Abraham, Isaac & Iacob*, id est, *Deus Abraham, Deus Isaac, & Deus Iacob*. vt suprà v. 6. repetitur. Ps. 22. 21. *Erue* הַצִּילָה *à framea Deus animam meam*, &c (הַצִּילָה *erue*) *de manu canis unicam meam*.

4. Ad Syllepsin spectat, quòd Hebræi verbum reddere soleant proximo nomini, seu masculinum sit, seu fœmininum. nam inde alterũ genus assumendum est. vt Num. 12. 1. וַתְּדַבֵּר מִרְיָם וְאַהֲרֹן. *Locutaque est Maria & Aaron contra Moysen*. Esth. 9. 29. וַתִּכְתֹּב *Et scripsit Esther regina filia Abihail & Mardochaus Iudaeus*. Iob. 19. 15. *Inquilini domus mea, & ancilla mea sicut alienũ* תַּחְשְׁבֻנִי *habuerunt me*, vbi tamen secundum quosdam finis verbi est generis masc. vt sic vterque sexus comprehendatur.

5. Ad Prolepsin illud 1. Sam. 1. 2. וְלוֹ שְׁתֵּי נָשִׁים. *Et habuit duas uxores, nomen uni Anna, &*

nomen secunda Phenenna. Huc reduci etiã potest figura sacris literis usitatissima, quã *ἐπεξήγησιν* vocant, qua, quod obscuriùs dici videbatur, sequenti verbo vel oratione clariùs exprimitur. vt Gen. 11. 1. *Erat autem terra labij unius, & sermonum eorundem.* Exod. 16. 29. שְׁבוּ אִישׁ תַּחְתָּיו *manete unusquisque sub se,* siue *apud semetipsum,* quod quia non satis clarum est, subiungitur, *nullus egrediatur de loco suo die septimo.* Gen. 9. 4. *veruntamen carnem cum anima eius sanguine eius,* בְּנַפְשׁוֹ דָמוֹ, *non comedetis.*

6. Etiam Hypallagen reperire licet, vt Iud. 1. 8. וְאֶת-הָעִיר שִׁלְּחוּ בָאֵשׁ *& ciuitatem miserunt in ignem,* pro, *ignem miserunt in ciuitatem.* 2. Reg. 5. 7. *iste misit ad me,* לֶאֱסֹף אִישׁ מִצָּרַעְתּוֹ *ad auferendum virum à lepra sua,* pro, *ut auferam à viro lepram ipsius.* Amos. 5. 16. *vocabunt agricolam ad luctum,* וּמִסְפֵּד אֶל-יוֹדְעֵי נֶהִי *& planctum ad scientes lamentum,* pro, *& ad planctum eos, qui sciunt plangere.* 2. Reg. 9. 30. וַתָּשֶׂם בַּפּוּךְ עֵינֶיהָ *& posuit in stibium oculos suos,* pro, *& posuit stibium in oculos suos.*

7. Item Hyperbaton, vt Psal. 116. 14. *Vota mea*

mea Domino reddam coram nunc (נֶגְדָה-נָּא *omni populo eius*, pro, *nunc reddam coram*, &c. Iob. 38. 21. *sciebas, quòd tum nasciturus esses* יָדַעְתָּ כִּי-אָז תִּוָּלֵד, pro, *sciebas tum, quòd nasciturus esses*. Sic Ps. 139. 14. *mirabilia opera tua, & anima mea cognoscit nimis*, pro, *nimis* seu *valde mirabilia opera tua*, nisi fortè, quod alij volunt, Dauid de magna gloriatur cognitione sua. Huc referri potest illud Iobi 23. 6. לֹא אַךְ-הוּא יָשִׂם בִּי pro אַךְ-הוּא לֹא *tantùm ipse non incumbat in me*, quod noster vertit, *nec magnitudinis suæ mole me premat*.

8. Tandem quemadmodum sæpe quid desideratur, vt vidimus, ita non rarò quædã videntur redundare, tantúmq; explementi vel ornamenti causa poni, vt Eccl. 11. 8. *si annis multis vixerit homo*, &c. Hebr. כִּי אִם *quoniam si*, &c. Eccl. 10. 20. *In cogitatione tua regi ne detrahas*, Hebr. præponitur גַּם, id est, *etiam in cogitatione*, &c. Sic Ps. 39. 9. אַךְ sumitur potiùs expletiuè, quàm aduersatiuè, vbi dicitur: *veruntamen vniuersa vanitas omnis homo viuens*, & v. 7. *veruntamen in imagine pertransit homo*. Ps. 4. v. 4. *Et scitote, quoniam*, &c. illud *et* seu ו

 redun-

redundat, ſicut etiam in librorum initijs, redundare ſolet, niſi potiùs dicendum, quòd libros libris, aut mentalem vocali ſermoni connectat. Idem accidit in pronominibus. vt Cant. 2. 13. *ſurge* (לְכִי tibi) *amica mea, ſpecioſa mea, & veni* (לָךְ tibi) *columba mea.* Prou. 22. 20. *oſtendi eam tibi hodie* אַתָּה-אַף *etiam tu.* & 23. 15. *Gaudebit cor meum tecum* אָנִי גַם *etiam ego.* Et hic finis eſto huius partis. nam plura qui volet, ſacros interpretes conſulere debet.



INSTI-

INSTITVTIONVM HEBRAICARVM

PARS SEXTA.

De Poësi Hebræorum.

VEteres illos Hebræos, præcipuè Mosen, Dauidem, aliosq; nonnullos sanctos, arte Poëtica insigniter claruisse, eaq; in laudibus Dei Opt. Max. decantandis usos esse, non modò grauium auctorum sententia est, sed ipsa quoque diuinarum literarum monumenta satis superque testantur, quippe quæ nobis Psalmos, varia Cantica, aliaque non pauca, ut Iobum ferme totum, exhibent per adeo diuersam à reliquo sacræ dictionis contextu formam, ut dici vix aliud poßit, quàm ista in certos modos ac versus esse ligata & coacta, cùm reliqua libero eloquendi stylo decurrant. At quales hi modi ac versus? adhuc nemo recentiorum satis est assecutus, nec conandũ cuiquam videtur, ut assequatur. Cùm enim illa, unde ratio metri dependet, adeò incerta sint (num scilicet puncta ubique à Rab-

à Rabbinis aptè sint posita, num quædam in carmine breuibus an longis adnumeranda, quando scheua quiescat vel sonet, & alia, de quibus prima parte actum est) profectò quale quodq; genus carminis sit, constare non potest. Accedit, quòd forsitan nõ minus Hebrææ, quàm aliæ nonnullæ Gentes, sibi propriam quandam habuerint atq; excoluerint poësin, quæ cùm posteriores omnes Rabbinos fugiat, omnino periisse potiùs censenda est, quàm eius ratio inani labore indaganda. Nec refert S. Hieronymum præfatione in Iob ita scribere: A principio voluminis vsque ad verba Iob, in quibus ait: *Pereat dies, in qua natus sum, & nox, in qua dictum est, conceptus est homo,* vsque ad eum locum, vbi ante finem voluminis scriptum est, *Idcirco ipse me reprehendo, & ago pænitentiam in fauilla & cinere:* hexametri versus sunt, dactylo spondæoque currentes: & propter linguæ idioma, crebrò recipientes alios pedes, non earundem syllabarum, sed eorundem temporum. Interdum quoque rythmus ipse dulcis & tinnulus fertur numeris pedum solutis: quod metrici magis quàm simplex

plex lector intelligunt. A suprà dicto autem versu usque ad finem libri paruum comma, quod remanet, prosa oratione contexitur. *Non*, inquam, *refert, quia nihil aliud S. Doctor vult, quàm similitudinem quandam inter ista Iobi carmina, & Græcorum Latinorumúe hexametra intercessisse, quemadmodum ex ipsomet iam allato textu deduci potest, quæ similitudo S Hieronymi ætate quantaquanta fuerit; nunc post adiecta puncta non adeo magna cernitur. Hæc cùm ita sint, omissa veteri, nouam Rabbini Poësin suis punctis legendiq; rationi accommodatam excogitarunt, certo syllabarum numero, certáque pedum dimensione ac syllabarum quantitate constantem, quæ cùm inelegans non sit, & Christianis quoque ad Dei laudes Hebraicè canendas videatur aliquid utilitatis allatura, placuit eam breuiter subiungere.*

CAPVT I.

De Syllabis ac Pedibus.

Syllabæ vocum Hebraicarum diuiduntur in longas & breues. Longæ dicũ-

tur, quæ constant vno ex decem punctis vocalibus, de quibus egimus pag. 6. Quare in Poëtica etiam longa habentur ֶ, ֵ, chiric paruũ, ֳ, ֲ, ֱ, quæ aliàs breuia seu minùs longa sunt. Breues verò syllabæ vocantur illæ, in quibus est scheua mobile simplex aut compositum, ְ, ֱ, aut ו initiale ante labiales בומף, aut literam scheuatam, positum pro ו (de quo pag. 244. 17.) quæ omnia sunt puncta breuissima.

Scheua quiescens, vt in lectione, ita etiam in carmine negligitur, cùm syllabarum numerum non augeat, nisi per Diæresin moueatur, aut per Diastolen producatur, vt suis locis videbimus.

Patach suffuratum literis חהע in fine dictionum additum, in Poësi etiam peculiarem syllabam facit. Itaque משיח *Christus*, שומע *audiens*, trisyllaba habentur, quæ ratione accentus tantùm disyllaba sunt, & sic de alijs.

P E D E S, quibus in suis versibus componendis utuntur Hebrei, duo tantum sunt. Alter dicitur תְּנוּעָה *motio*, à נוּעַ *mouere*, & constat una syllaba longa תָּם *perfectus*, vt

illi.

illi. Alter dicitur יָתֵד *clauus*, conſtans duabus ſyllabis, vna breui, altera longa, inſtar Iambi, vt לְךָ *tibi*, עֲמוֹד *ſtare*, אֱמוֹר *dic*, וּרְאֵה *& vide*, וּפֶה *& os*.

Porro ex his duobus pedibus, Tenua & Iathed, variè permiſtis fiunt alij tres, qui nobis appellantur Spondæus -- דָּבָר *verbũ*, Bacchius - - ○. דְּבָרִים *verba*, Creticus, - ∪ -. כּוֹרְמִים *vinitores*; Per hos Latinos pedes & Iambum, utpote notiores, Hebræorum carmina metiemur.

Caput II.

De quibusdam verſuum appellationibus, Rhythmo verſuum, & eius locis.

Hebræi plerunque ad finem vſque Carminis binos verſus coniungunt, vt in noſtris Elegijs, vel Diſtichis fieri ſolet. Priorem verſum (qui quaſi Hexametro reſpondet) appellant דֶּלֶת *oſtium*, quòd per illum fiat ingreſſus in carmen. Poſteriorem (qui Pentametri loco eſt) vocãt סֶגוֹר *clauſulã*, quia carmen claudit. Vtrumque

 verò

verò coniunctum nominant בַּיִת *domum*, nos Diſtichon appellare poſſumus. Debet autem סָגוֹר vel ſubſcribi verſui דֶּלֶת (vt in Latinis Diſtichis fieri videmus) vel ſi in eadem quoque linea ob paucitatem ſyllabarum ſcribatur, ita diſtingui & ſeparari, vt per ſe ſingula ſpectari poſſint, hoc modo:

Segor. *Daleth.*

מִרְיָם שֶׁיָּלַדְתְּ לָנוּ חֵן ׀ שִׁירֵנוּ אוֹתָךְ יְרַנֵּן

Maria, quæ peperiſti nobis gratiam: Carmen noſtrum te laudabit. Denique Carmen continens בָּתִּים ſiue diſticha pauciora quam decem, dicitur פָּסוּק *verſus*, à Chaldaico פְּסַק *clauſit*. Quod verò decem vel plura continet, vocatur שִׁירָה vel שִׁיר *Canticum.* Tres alias verſuum appellationes in proximo capite explicabimus.

De Rhythmo verſuum, & eius locis.

Hebræi ad ſua carmina condienda, Rhythmum quaſi ſalem adhibere ſolent. Fit autem Rhythmus tribus ferè modis. Primo, ſolæ literæ ſimplices, (ſiue plures, ſiue vna) nulla habita punctorum ratione,

ne conueniunt, vt דָּבָר *verbum*, דֶּבֶר *pestis*. כּוֹס מַס *tributum, calix*. Et hic Rhythmus dicitur עוֹבֵר *transiens*, seu *vulgaris*, quòd ita transeat aures, vt vix agnoscatur. Raro invenitur, eò quod nihil ferè artis habeat.

SECVNDO, in integra syllaba tam literæ, quàm puncta in fine conueniunt, vt דֶּרֶךְ בֶּרֶךְ *via, genu*. Et hic vocatur רָאוּי *conspicuus*, siue *elegans*, à רָאָה *vidit*.

TERTIO, duæ syllabæ, vt עֵינַיִם, אָזְנַיִם *oculi, aures*, similiter cadunt. Et hic appellatur Rhythmus מְשֻׁבָּח, id est, *laudatus*, qui Hebræis admodum familiaris est. Porrò in his Rhythmi modis, ex literis & vocalibus, quæ prænunciatione, aut sono affines sunt, vna pro alia non raro ponitur. Hinc istæ syllabæ,

אָה עָה ׀ בָּא וָא פָּא ׀ צָא צָה ׀
רָא רָה רֵי ׀ רוֹן רוֹן ׀ &c.

Rhythmũ efficiunt etiam in canticis Eliæ, qui huius facultatis facilè princeps est. Literæ eiusdem soni sunt בופ : דטת : אח סש : צזוכק. & si quæ aliæ.

Sed iam videndum est, quibus in locis Rhythm⁹ adhiberi possit ac soleat. Ac primo

mo quidem Segor vnius בַּיִת seu disticht, cum סְגוֹר alterius eundem rythmum per totum carmen habet, ita vt דֶּלֶת vtriusque בַּיִת ab omni Rhythmo liberum sit, hoc modo:

אֶהְיֶה קַל כַּנֶּשֶׁר וּצְבִי *Daleth.* } Baith.
גַּם עַז כַּנָּמֵר אוֹ לָבִיא *Segor.* }
אָשִׂים פָּנַי כַּחַלָּמִישׁ *Daleth.* } Baith.
לַעֲשׂוֹת כִּרְצוֹן אֵלִי אָבִי *Segor.* }

Ero velox sicut aquila & hinnulus. Et fortis sicut pardus aut leo. Ponam faciem meam sicut petram. Ad faciendum secundùm voluntatem Dei mei, patris mei. Idem fit in his Dimetris.

Agamus cuncti gratias
Nostræ salutis vindici.
Scelus vitemus pessimum,
Puri occurramus Iudici.

Vt enim hic *vindici* & *Iudici*, ita ibi אָבִי & לָבִיא in vtroq; Segor Rhythmum finalem efficiunt. Melius verò erit, si Daleth vnius distichi siue בַּיִת cum Daleth alterius in Rhythmo finali conuenire possit. Atque hoc Carmen Rhythmicum, vocatur שִׁיר קָשׁוּר *carmen ligatum*, quo Elias, & alij, qui

qui Epigrammata scribunt, frequenter utuntur.

Secundo, Daleth & Segor in quolibet בַּיִת siue disticho eundem Rhythmum finalem habent, vt

Segor. *Daleth.*

אֶשָּׂא לְבִי גַּם כַּפַּיִם׃ אֶל־הַיּוֹשֵׁב בַּשָּׁמַיִם׃

Segor. *Daleth.*

מִכָּל רָעָה יַצִּילֵנִי׃ כִּי יֶשְׁנוֹ תָּמִיד פּוֹדֵנִי

Leuabo cor meum, & manus meas, Ad sedentem in cælis. Ex omni malo liberabit me, Quia ipse est iugiter redemptor meus.

Et hoc carmen κατ᾽ ἐξοχὴν dicitur שִׁיר חֲרוּזִי *carmen Rhythmicum.* (חָרוּז enim aliàs *torquẽ* significans Rabbinis est *Rhythmus* inde adiectiuum חֲרוּזִי *Rhythmicus*) in quo vel singula בָּתִּים suum propriũ Rhythmũ habere possunt (vt in duobus præcedentibus videre licet (vel omnes versus ad finem vsque carminis eundẽ planè Rhythmum retinent, atque ita similiter desinunt. Exemplo sit secundum canticum Eliæ, in quo omnes versus (qui numero sunt viginti octo,) exeunt in וֹת. Quidam Carmen קָשׁוּר & חֲרוּזִי paulò aliter explicant:

canit: sed hæc, quæ diximus, ad mentem Eliæ & aliorum autorum Poësi Hebraicæ accommodatiora videntur.

TERTIO, Quatuor בָּתִּים seu octo versus ita construi possunt, vt primus, secundus, & tertius: quintus, sextus & septimus: quartus & octauus suos proprios Rhythmos finales habeant. Elias Cant. 5. *cuius versus constant Iambo, & duobus Spondæis.*

אֲחַוֶּה אֶת-רֵעִי בְּשֵׁם הָאֵל רוֹעִי
וְהוּא יִתֵּן יִשְׁעִי לְיַשֵּׁר מַעְגָּלִים׃
לְבָבִי אַבְקִיעַ וְדִקְדּוּק אַבִּיעַ
בְּדָגֵשׁ אַצִּיעַ פְּרָטִים וּכְלָלִים׃

Indicabo scientiam meam, in nomine Domini pascentis me. Et ipse dabit auxilium mihi, ad dirigendum calles.
Cor meum erudiam, & Grāmaticam eructabo: De Dagesch proponam specialia & generalia.

Simile quid cernitur in illa Ecclesiastica Melodia D. Thomæ Aquinatis.

Ecce panis Angelorum, Factus cibus viatorum,
Verè panis filiorum, Non mittendus canibus.
In figuris præsignatur, Cùm Isaac immolatur,
Agnus Pascha deputatur, Datur Māna Patribus.

Nihil

Nihil autem obstat, quò minùs eadem Rhythmica structura apud Hebræos etiam in versibus paucioribus fieri possit.

Huius autem generis carmen vocatur שִׁיר מְחֻלָּק *Carmen diuisum*, à חָלַק *diuisit*.

CAPVT III.

De Carmine simplici & composito.

Ex illa priori diuisione pedum Hebraicorum duplex genus carminis oritur. Nam quod ex solis תְנוּעוֹת id est syllabis longis constat, nec ullum scheua mobile recipit, vocatur voce Rabbinica פָּשׁוּט simplex. Huius tantùm vna species usitata reperitur, quæ constat Spondæis quatuor. Elias Cant. 2.

אָשִׁירָה נָּא שִׁיר נִבְבָּרוֹת
בָּאֵר הֵיטֵב וּבְלִי חִידוֹת

Cantabo nunc canticum rerum magnificarum,
Explicando benè & absque ænigmate, &c.

Vocatur etiam Carmen Quadratum, eò quòd ex duabus quadratis dimensionibus constet. Quod autē partim ex תְנוּעוֹת, partim

partim ex יָתֵר componitur, dicitur שִׁיר מוּרְכָּב *carmen compositũ*, (רָכַב enim Rabbinis est *componere*) de cuius generibus & dimensionibus proximo capite agemus. Bina verò exempla, Rhythmi gratia, ubique ferè ponentur.

Quod autem longis adiungit etiam vnam vel plures syllabas breues, vocatur carmen compositum, cuius 18. genera numerantur.

PRIMVM, constat Iambo, & duobus Spondeis.

-- | -- | ⏑-

לְכָל אַנְשֵׁי מַעַל *Omnes homines mendaces.*

מְאֹד נַפְשִׁי תִגְעָלוּ *Valde anima mea odit.*

SECVNDVM, Spondeo, Iambo & Spondeo.

-- | ⏑- | --

רָפֶה בְּהִתְפַּלֵּל *Remissus in precando*

יֵרַע בְּעֵינֵי אֵל *Displicebit in oculis Dei.*

TERTIVM, Spondæo, Bacchio & Iambo. In fine ֶ Segor mutatur etiam Iambus in Spondæum.

-- | --⏑ | --

בָּרָא אֱלֹהִים אֱנוֹשׁ *Creauit Deus hominem*

בְּגַן מְרִימוֹ לְרֹאשׁוֹ *In horto, exaltans eum in principem.*

QVAR-

Qvartvm, Cretico, Spondæo, & Bacchio.

‾ ‾ ∪ | - - | - ∪ -

טוב יהושע שלח לי *Bone Ieſu mitte mihi*

חנך קדוש בלבי: *Gratiã tuã ſanctam in cor meũ.*

Qvintvm, Spondęo & duobus Bacchijs.

- - ∪ | - - ∪ | - -

יבש בקראי גרוני *Exaruit in clamore meo guttur meũ*

דבק לחכי לשוני: *Adhæſit fauci meæ lingua mea.*

Sextvm, Spondæo, Iambo, & duobus Spondæis.

- - - - | - ∪ | - -

קומה אלהים עזרתה *Surge Deus (in) auxilium*

לי ו-ענה בצרתה: *Mihi, & exaudi in tribulatione.*

Septimvm, Iambo, Spondæo, Iambo, Spondæo.

- - | - ∪ | - - | - ∪

אשר ילך בדרך רע *Qui ambulat in via mala,*

אבל קול צורריו ישמע: *Certè vocem hoſtium ſuorum (dæmonum) audiet:*

Octavvm, Iambo, duobus Spondæis & Bacchio.

- - ∪ | - - | - - | - ∪

מהלל תמיד האלהים *Laudandus ſemper Deus.*

אשר חנן את-האנשים: *Qui miſertus eſt hominis.*

Z Nonvm

NONVM, quatuor Creticis.

— ◡ — | — ◡ — | — ◡ — | — ◡ —

ר־ אִישׁ מָה־־פְּאֵר הָאֱנוֹשׁ מָה־יְקָר

הַכְּאֵב מוֹת שְׁאֵר הַשְּׁאוֹל הוּא שְׁאָר׃

Quid homo? quod decus hominis? quæ gloria?
Dolor, mors corporis: sepulchrum: hoc residuum (eius.)

DECIMVM, Iambo, duobus Spondæis, Iambo & Spondæo, licet primo loco Spondæus, secundo verò etiam Iambus esse possit.

| – – | – ◡ | – – | = ō | – ◡

בְּשֵׁם אֵל חַי הֶגְיוֹן לְשׁוֹנֵנוּ

בְּעוֹד רוּחַ חַיִּים בְּאַפֵּנוּ׃

In nomine Dei viuentis sermo lingua nostra.
Quamdiu spiritus vita in naribus nostris.

VNDECIMVM, Spondæo, Iambo, Spondeo, Iambo, & Molosso, vel Spondæo.

| = = = | – ◡ | – – | — ◡ | — —

כְּחַסְדְּךָ גָּדוֹל מְאֹד חָנֵּנוּ

חָנוּן מְחֵה רַבִּים פְּשָׁעֵינוּ׃

Secundum misericordiā tuam magnam valde miserere nostri.
Miserendo dele multas iniquitates nostras.

DVODECIMVM, Iambo vel Spondæo, Spondæo vel Iambo, Iambo, Spondæo, Bacchio.

⏑— | ⏑ — — | ⏑ — | — — | — ⏑ | —

בך את-מחסי שמתי ארני
אתה בטובך ישר דרכיו׃

In te spem meam posui Domine:
Tu in bonitate tua dirige vias meas.

Decimvm tertivm, Spondæis & Iambis alternatim positis.

— | ⏑ — | — — | ⏑ — | — — |

כיפא אבי קהל ושר עליון
מכל שליחים עם עזור אביון׃

Petre Pater Ecclesiæ, & princeps excelse
Præ omnibus Apostolis, populum iuua pauperem.

Decimvm Qvartvm, ex quinque Bacchijs.

⏑—— | ⏑—— | ⏑—— | ⏑—— | ⏑—— |

לדבר תהלות למרים לכו כל משיחים
והיא ילדה את-אלהים בתמת בתולים׃

Ad dicendum laudes Mariæ, venite omnes Christiani,
Quia ipsa peperit Deum in integritate virginitatis.

Decimvm qvintvm, componitur ex primo; cuius idcirco metrum tantum duplicatur.

— — | — — | — ⏑ | — — | — — | — ⏑

Huius generis duo disticha attulimus pro מחלק pag. 350.

 Deci-

DECIMVM SEXTVM, Spondæo, Iambo, Spondæo, Iambo, Spondæo, Iambo.

|-u|--|u—|--|—u-|u -—

לי ת-עזור אלי וידי תחזיק
הנה בלי עזרתך איגע לריק

Me iuua Deus meus, & manum meam fortifica.
Ecce sine auxilio tuo laboro inaniter.

DECIMVM SEPTIMVM, Bacchio, Iambo, Spondæo, Bacchio, Iambo, Spondæo.

--|-u|u--|--|—u|u——

בתולת יקר התפ--ללי על-עונינו
ואתחן בנך לנו קני--נא במותנו

Virgo gloria ora pro iniquitatibus nostris:
Et gratiam filij tui nobis impetra quæso in morte nostra.

DECIMVM OCTAVVM, Spondæo, Iambo, duobus Spondęis, Iambo vel Bacchio, & Spondæo.

-|-|--u|——|——|-u|-—

את-רוחך קדוש שלחה בנפשנו
כי הוא ישמח לעד באמת לבנו

Spiritum tuum sanctum mitte in animam nostram,
Quia ipse lætificabit perpetuo in veritate cor nostrum.

Hæc ferè sunt Carminum genera, quæ à præcipuis auctoribus vel vsurpata, vel ad scribendi vsum proposita sunt. In quibus si sese Hebraicæ linguæ studiosus exerce-

re ve-

re velit, præstat à quadrato siuè simplici omnium facillimo initium facere, & inde ad vnum, vel plura ex compositis progredi, quæ cuiusque ingenio magis accommodata videbuntur. Sunt qui velint, cuiuis liberum esse noua, & à superioribus diuersa Carminum genera sibi excogitare, & in ijs sese exercere: quibus assentior, cùm facile sit inuentis addere & nulla causa subsit, cur nos recentiorum Rabbinorum regulis adeo religiosè constringi patiamur.

CAPVT IV.

De figuris versuum Hebraicorum, eorum coniunctione, & Cæsura.

Habent & Hebræorum versus suas figuras, quarum nomina & proprietas ex Latina Prosodia iam nota esse debet.

SYNAERESIS.

Reperitur hæc figura potissimum in scheua simplici mobili, & in vtroq; composito ֲ & ֱ. De quibus hæ duæ sunt regulæ.

Prima. Scheua simplex sub litera ini-

tiali, sub dageschata, & post longum pun-ctum, frequenter cum sequente puncto coalescit, & cum eo vnam syllabam efficit, vt ex his tribus quadratis Eliæ versibus (Cant. 2.) intelliges.

בִּמְקוֹם שׁוּרֶק שָׁלֹשׁ, נְקֻדּוֹת

In loco schurec, tria puncta, id est Kibbuts.

Hîc vox נְקֻדּוֹת habens scheua initiale, Spondæum efficit, quasi scriptum esset נְקֻדּוֹת disyllabum.

וַאֲבָאֵר עֶשֶׂר הַנְּקֻדּוֹת

Et explicabo decem puncta.

Vox הַנְּקֻדּוֹת (habẽs scheua sub dageschata) trisyllaba est, quasi הַנְקֻדּוֹת. De trisyllaba וַאֲבָאֵר, *vide sequentem regulam.*

רַק אִם בְּמֶ־עֶם הֵן עוֹמְדוֹת

Nisi quando cum accentu ipsæ stant, id est, vocales.

Vox עוֹמְדוֹת (habens scheua post longam vocalẽ) Spondæũ efficit, quasi esset עָמְדוֹת.

SECVNDA. Vtrumque scheua compositum ֲ & ֱ, eodem modo quo simplex, cum sequente puncto coalescit, & in vnã syllabam contrahitur. Vtriusque exemplum habes in hoc versu quadrato Eliæ Cant 2.

רפות

רָפּוֹת אַחֲרֵי הֵן נֶאֱגָרוֹת

Raphatæ tunc ipsæ congregantur.

Hic vox אַחֲרֵי *dissyllaba est, quasi* אַחְרֵי, *&* נֶאֱגָרוֹת *trissyllabū quasi* נֶאְגָרוֹת : *Huc etiam spectat vocabulum* וַאֲבָאֵר *paulo ante in exemplo positum. Est enim per hanc regulam trissyllabū, ac si scriptum foret* וַאְבָאֵר.

DIAERESIS.

Scheua quiescens post punctum breue, nonnunquam necessitate metri fit mobile, ita vt à suo puncto & litera præcedente, cum qua in vna syllaba cohærebat, penitus distrahatur; vt Elias Cant. 1.

כֻּלָּם כְּאֶחָד נֶחְ--לְקוּ וַיִּ--הְיוּ

Omnes, sicut unus, diuidentur, & erunt, &c.

Hîc וַיִּ-הְיוּ fit quadrisyllabum pro וַיִּהְיוּ trissyllabo. Est enim carmen generis XVI.

ECTASIS, siue DIASTOLE.

Primo ו initiale positum pro וּ copulatiuo, per hanc figuram (siue sequatur scheuata litera, siue non) interdum producitur, vt Cant. 2. quadrato Eliæ.

בָּאֵר הֵטֵב וּבְלִי חִידוֹת

Explicare benè, & sine ænigmate. & ibidem,

וּמְדָגֵּשׁ הֵן נִפְרָדוֹת

Et à dagesch ipsæ separantur.

In priori versu וּגְלִי, & in posteriori וּמְדָגֵּשׁ producit ו initiale, quod aliàs breuem syllabam facere solet; vt diximus cap. 4.

SECVNDÒ. Scheua simplex mobile produci videtur in voce בְּיוֹד Cant. 7. Eliæ, disticho 9. quod est decimi generis Carmē.

וְכַאֲשֶׁר בְּיוֹד י--הָיָה הִירֶק׃

Et quando in Iod fuerit chiric.

Nisi malis potiùs scheua sub ב. quàm ־: sub א absorberi, quod minùs videtur probabile.

TMESIS DVPLEX.

Prior,

Hebræi suos versus non semper continenti, & omnino cohærenti syllabarum serie scribunt, more Latinorum: sed singulos pro pedum multitudine modo in duas, modo in tres, modo in quatuor regiones seu spatia diuidunt, salua tamen nihilominus eadem prorsus integritate, & ratione metrica. Atque harum regionum initium plerunque facit יָתֵד siue Iambus, qui partes versus interuallo quodam distinguit, vt Elias Cant. 1.

אֶשָּׂא לְבָבִי נָא אֱלֵי כַפַּיִם
אֶל אֵל אֲשֶׁר חַסְדּוֹ בְּהַשָּׁמָיִם

Leuabo cor meum nunc ad manus,
Ad Deum, cuius misericordia in cælis.

Quòd si יָתֵד iste incidat in mediam dictionem, distrahitur illa per Tmesin (interposito signo coniunctionis instar Maccaph -) & quicquid est ante יָתֵד illud cum antecedentibus connectitur, ita vt יָתֵד sit initium nouæ regionis, quemadmodum in his tribus exemplis videbis.

שְׁבָא זֶה יֵצֵא מִ--כְּלָל הַגֵּדֶר Cant. 7.
Scheua transgreditur Regulam istam, Ecce. &c.

יְקַדְּמוּהוּ חֲמִשָּׁה הַ--גְּדוֹלִים Cant. 8.
Præcedent ipsum quinque magni.

לִי יַ--עֲזוֹר כַּיּוֹם וְיָדִי יְ--חַזֵּק Cant. 1.
Mihi auxiliabitur iuxta diem, & manum meam roborabit.

Idem fit in Carmine quadrato ob solam versus aliquam distractionem, etsi illud Iambum non habeat, vt

אוֹתוֹ מְנִי--עוֹת וּמְנַדּוֹת Cant. 2.
Ipsum mobile reddunt, atque commouent.

Prior Tmesis ad solam scriptionis elegantiam spectare videtur.

Posterior.

Integra dictio quandoque ita distrahitur, vt prior illius pars versum præcedentem finiat, posterior verò sequentem inchoet, vt Cant. 1. disticho quarto.

הִלּוּךְ וְדִין נִקּוּד וְאוֹתִיּוֹת וּמִשְׁ-

פָּטָם לְאוֹר אוֹצִיא כְּצָהֳרָיִם

Vsum & iudicium punctationis & literarum, & iudicium earum in lucem proferam, ut meridiem.

Sic apud eundem Cant. 4. disticho 6. distrahitur in duobus versibus hæc vox וְשָׁ--לְיו & felicitas. *Verùm hæc posterior Tmesis minùs frequens est in carmine.*

ANNOTAT.

Si syllabæ hac posteriori Tmesi in carmine resecandæ habeant dagesch forte, non fit distractio, sed integra dictione ibi relicta, (eò quod dagesch forte initio sequentis versus vroferri non possit) ille prior versus fit hypermeter syllabam habens superuacaneam, quæ tamen referenda sit ad initium sequentis versus, cuius idcirco

tirco prima syllaba desideratur, ut:

יִהְיֶה קְלָלָה לְגַנָּב *Est tertij generis.*

--כִּי קְצַר חַיִּים *Est secũdi generis.*

Erit in maledictionem fur.

Quia breuis vitâ (erit.)

In hoc disticho superest syllaba נָּב addẽda sequenti Segor, cui vna deest syllaba. Eiusmodi tamen hypermetri versus potiùs cognoscendi, quàm imitandi sunt studiosis.

De Coniunctione versuum diuersi generis, & de Cæsura.

Etsi in Carminibus Hebræorum plerunq; ad finem vsque tam Daleth, quàm Segor, adeoq; omnes versus eiusdem sunt generis, quemadmodum Latinorum Græcorumque Hexametri, tamen licet etiam quandoq; duo versuum genera in vno disticho siue בַּיִת ita coniungere, vt Daleth suum proprium genus habeat, & Segor similiter suum, more Elegiarum, in quibus prior versus est Hexameter, posterior verò Pentameter.

Quod si Daleth & Segor unius sint generis,

generis, carmen dicitur *Monocolon*. Sin autem duorum, *Diacolon*. Trium vero vel plurium generum versus vix coniungi solent propter Rhythmum.

Exemplum Disstichi Monocoli. Elias Cant. 8.

חֲזַק וֶאֱמַץ בְּנִי וּלְמוֹד זְמִיר חָדָשׁ
מְפָרֵשׁ דִּין מְשָׁרֵת לִ--מְלָכִים

Confortare, & esto robustus fili mi, & disce canticum hoc,
Quod exponit iudicium ministrans (ministrantium) Regibus.

Hic tam Daleth, quam Segor sunt Carmina generis 12.

Exemplum Disstichi Dicoli. Elias Cant. 3.

עוֹד יֵשׁ נְקֻדָּה וּמְשָׁרֶתֶת לְכֻלָּם הֵן עוֹד
אֲשׁוֹרֵר בָּהּ שִׁירוֹת נְעִימוֹת

Est quoq; punctum, quod omnibus seruit, adhuc Canam de eo cantica pulchra.

Hic Daleth est generis Decimi octaui: Segor verò octaui.

CÆSVRÆ

CÆSVRÆ nulla vel certè exigua habetur ratio, cùm sæpè singulis pedibus singula vocabula tribuãtur, maximè quæ à scheua mobili incipiunt. His enim ceu incisis ac membris, versus eleganter distingui Hebræi, sicut & Latini existimant. Quare si adsit cæsura, usurpanda: si desit, haud laboriosè quærenda fuerit.



LECTORI S.

QVantum utilitatis linguæ Græcæ & Hebraicæ studiosis id genus exercitationes, in quibus singula certi autoris vocabula accuratè perpenduntur, afferre soleant, nō pauci ita quotidie experiuntur, ut suum profectum penè uniuersum iis grato animo acceptum referant. Non solùm enim in illis præceptiones traditæ breuiter ac compendiosè repetuntur, sed earum usus præcipuus, quasi Magistri ipsius digito, demonstratur. Nos igitur, ut aliorum tam præclarum institutum imitaremur, ex Hebraicis Bibliis IONAM Prophetam explicandum delegimus; ipsius cum facilitate, quæ discentium animos initiò vehementer excitauerit, tum historiæ iucunda breuitate potissimùm adducti. Quod ad accentus Grammaticos attinet, eos in singulis vocabulis eâdem lineæ perpendicularis figura notauimus. Distinguentibus tamen & reliquis, per quos literis בגד כפת, etiam præcedente una ex Quiescentibus, Dagesch lene infigere licet, suas figuras consultò reliquimus.

IONAS PROPHETA.

CAPVT PRIMVM. א.

Versus I.

filium Ionam ad Domini Verbum est. factum Et

וַיְהִי דְּבַר־יְהוָה אֶל־יוֹנָה בֶן־

Ven Iona el Adonai deuar Vaihi

dicendo. Amithai.

אֲמִתַּי לֵאמֹר׃

lemor. Amithai.

וַיְהִי) *Prima litera est* ו *conuersiuum, efficiens ut futurũ* יְהִי *significationem præteriti habeat. Huius rei signum est patach subscriptum τῷ* ו *pag. 244. 12. Vox* יְהִי*, futurum est defectiuum tertiæ personæ, mascul. ab* הָיָה *fuit, poniturq; pro* יִהְיֶה *pag. 136. 8. Accentus supra Iod finale, est pasta pag. 265. ver. ultimo.*

דְּבַר) *In regimine singulari. in statu absoluto dicitur* דָּבָר verbum, *p. 189. 18. Radix est* דָּבַר locutus est. ד *hoc loco habet dagesch lene, quia est ex literis* בגד כפת *Nec impedit illud præcedens*

dens Iod quiescens, cùm supra se habeat accentum distinguentem Pasta, p. 268. 3. Ipsum autem דָּבָר־ *caret accentu Grammatico, quia coniungitur cum sequenti dictione per Maccaph p. 268. 14. quod de similibus deinceps ubique dictum existimetur.*

יְהוָה) *Nomen proprium Dei, diuinam significans essentiam, à radice* הָיָה *vel* הָוָה fuit. *pag. 135. 14. Prima igitur litera Iod est formatiua nominis proprij, pag. 45. 22. Accentus illius hoc loco est Zakeph cathon, p. 26. 1. Cur autem* יהוה *legatur* Adonai, *vide p. 240. 3.*

אֶל־יוֹנָה) אֶל *Præpositio, p. 183. 11.* יוֹנָה *hic est nomen proprium Sancti Prophetæ, de quo 4. Reg. 14. v. 25. Appellatiuè positum significat* columbam, *habetq́ in plurali* יוֹנִים *præter normam, p. 33. 9. Radix est* יוֹן columbus, *vel ut alij volunt* יָנָה deprædatus est.

בֶּן־) *In regimine singulari, & propter Maccaph. In statu absoluto* בֵּן filius. *Formam ipsius integram cum omnibus affixis habes in Tabula Imperfectorum p. 212. 7. Dagesch in* ב *initiali non scribitur, quia præcedit litera quiescens. p. 19. 9. Radix est* בָּנָה ædificauit.

אֲמִתַּי) *De hoc etiam 4. Reg. 14. v. 25. Dictum*

ab אֱמֶת (veritas) *quasi* verax. *Radix est* אָמַן e-ducauit. *Noster interpres habet Amathi, sicut & 70. Amadi, quibus credendum potiùs, quam Rabbinis, qui puncta post subscripserunt.*

לֵאמֹר) *Propter frequentem usum dicitur, pro* לֶאֱמֹר, *ut habes pag. 15. 19. Est autem Gerundium in Kal à verbo* אָמַר dixit, *cuius paradigma habes p. 93. 22.*

Versus II.

magnam	*ciuitatem*	*Niniuen*	*in*	*Vade,*	*Surge*
הַגְּדוֹלָה	הָעִיר	נִינְוֵה	אֶל־	לֵךְ	קוּם
haggedola	*hair*	*Nineue*	*el*	*lech*	*Kum*
eorum malitia	*ascendit*	*quia*	*,ea*	*in*	*predica Et*
רָעָתָם	עָלְתָה	כִּי	עָלֶיהָ		וּקְרָא
raatham	*aletha*	*ki*	*aleha*		*ukra*
					.meum conspectum in
					לְפָנָי׃
					lephanai.

קוּם) *Imperatiuus in Kal Quiescentium Ayn Vau, sicut* שׁוּב, *&c. p. 105. Radix illius est item* קוּם surgere.

לֵךְ) *Imperatiuus in Kal Quiescentium Pe Iod, sicut* שֵׁב *p. 98. 10. à Radice* יָלַךְ ambulauit, *quæ non est in usu, nisi in Futuro, Imperatiuo, & Infinitiuo. Reliqua enim accipit ab* הָלַךְ *eiusdem significationis.*

נִינְוֵה) *Metropolis Aſſyriæ, ædificata ab Aſſur. Gen. 10. v. 11. Exponitur* Habitaculum *à* נָוָה habitauit.

הָעִיר) ה *Demonſtratiuum eſt hoc loco (pag. 241. 7.) reſpondens articulo Græcorum,* τὴν πόλιν. *Habet autem camets, pro patach & dageſch, quia ſequens* ע *eſt gutturalis pag. 141. 24.* עִיר *eſt fœmininum præter normam, ut ex adiectiuo ſequenti colligimus, licet in utroque numero terminationem maſculinam habeat.*

הַגְּדוֹלָה) ה *prius, hîc quoque demonſtratiuum eſt, cum ſua punctatione omnium frequentiſſima, nimirum patach ſequente dageſch forti; quæ iam ſtudiosè notanda eſt, cùm poſthac de ea, breuitatis cauſa, nihil dicturi ſimus. Repetitur autem hîc rurſus* ה *cùm adiectiuo, licet in ſubſtantiuo* הָעִיר *præceſſerit, ſicut in Græco articulus,* τὴν πόλιν τὴν μεγάλην. גְּדוֹלָה *adiectiuum fœmininũ formatum à maſculino* גָּדוֹל mag-nus, *per adiectionem literæ* ה *& mutationem τοῦ camets in ſcheua, p. 42. 4. Radix eſt verbum* גָּדַל magnus fuit, *vel* factus eſt magnus.

וּקְרָא) ו *copulatiuum tranſit in ſchurec, quia ſequitur litera ſcheuata, p. 243. 17.* קְרָא *Imperatiuus in Kal Quieſcentium Lamed Aleph ſicut*

קְרָאֶן p. 118. 2. à verbo קָרָא vocauit, clamauit, &c. posset etiam verti clama super eam.

עָלֶיהָ) *Præpositio* עַל *hoc loco significans,* in, *vel* super, *cum affixo fœminino, pag. 237. 7.*

כִּי) *Coniunctio p. 184. 10. habet dagesch lene, propter accentum distinguentem præcedentis vocis* עָלֶיהָ *p. 268. 6. quod aliàs hoc loco poni non posset ob literam quiescentem* ה, *quæ virtute continetur in camets præcedentis dictionis, p. 22. 20. Existimatur enim scriptum esse* עָלֶיהָה. *Porrò* כִּי *frequenter cum sequenti voce per Maccaph coniungitur, quamuis etiam sine eo esse, & proprio accentu insigniri possit, ut versu 10. videbis.*

עָלְתָה) *præteritum tertiæ personæ fœmininæ in Kal Quiescentium Lamed He, sicut* קָנְתָה *p. 123. 11. à verbo* עָלָה ascendit. *Porro in hoc* עָלְתָה *& similibus primum camets subintelligitur habere accentum Metheg, quemadmodum paradigma* קָנְתָה, *ita ut consequenter proximũ schewa sonet; aliàs putabitur esse camets catuph secundum regulam, p. 10. 22. cum sequente schewa quiescente, perinde ac si scriptum esset* עָלְמָה *sicut* חָכְמָה.

רָעָתָם) רָעָה *fœmininum adiectiuum à masculino*

lino רַע malus, *ſubſtantiuè acceptum, cum affixo maſculino ſicut* תּוֹרָתָם, *p. 51. v. ult. Radix eſt verbum* רָעַע *vel* רָעַע malum, *aut* moleſtum fuit.

לְפָנָיו) *Præpoſitio* לִפְנֵי *cum affixo ſingulari primæ perſona, p. 237. 4. Accentus Soph paſuc mutat hîc – in* ־. *Nam ſine diſtinguente dicitur* לְפָנַי. *Cæterùm hæc præpoſitio* לִפְנֵי *etiam rectè poteſt eſſe nomen, poſitum in regimine plurali cum articulo* ל *(qui habet chiric pro ſcheua, ob ſcheua alterũ mox ſequens, p. 147. 15.) à plurali abſoluto* פָּנִים facies, *quod affixa recipit ſicut* שָׂדִים *p. 209. 2. Et tunc* לְפָנַי *ad verbum ſonat:* Ad facies meas. *Radix eſt* פָּנָה aſpexit.

Verſus III.

facie à , Tarſis in fugiendum ad Ionas ſurrexit Et

וַיָּקָם יוֹנָה לִבְרֹחַ תַּרְשִׁישָׁה מִלִּפְנֵי

millip̃hne Tarſchiſcha livroach Iona Vajiákom

euntem nauem inuenit &, Iapho deſcendit &, Domini

יְהוָה וַיֵּרֶד יָפוֹ וַיִּמְצָא אֳנִיָּה ׀ בָּאָה

-baa onija Vajimza Iapho Vajéredh Adonai

, eam in deſcendit &, eius mercedem dedit &, Tarſis (in)

תַּרְשִׁישׁ וַיִּתֵּן שְׂכָרָהּ וַיֵּרֶד בָּהּ

bah Vajeredh ſecharah Vajitten , Tarſchiſch.

ad

Domini. facie à, Tarsis in eis cum veniendum ad

לָבוֹא עִמָּהֶם תַּרְשִׁישָׁה מִלִּפְנֵי יְהוָה׃

Adonai millipbne Tarschischa immahém lavo

וַיָּקָם) ו *Conuersiuum p. 244. Vnde futurum, cui additum est, more præteriti explicatur. Futurum per se esset* יָקוּם *sicut* יָשׁוּם *p. 105. 12. à verbo quiescente Ayn Vau* קוּם *de quo etiam versu secundo. sed hîc propter istud* ו, *accentus retrahitur, & schurec transit in camets catuph, p. 107. 5. quod à camets longo discernitur per regulam datam p. 11. 9.*

לִבְרֹחַ) *Gerundium in Kal Perfectorum sicut* לִמְקוֹר *p. 62. v. ultimo. Nam cholem etiam sine illo* ו *scribitur, p. 10. 8. Sub* ח *finali ponitur patach suffuratum, quia non præcedit camets aut patach, p. 10. 3. nihilominus tamen accentus censetur esse in ultima, cum illud patach additum syllabas extra Poëticam non augeat. Porro huius Gerundij præteritum & Radix est* בָּרַח fugit.

תַּרְשִׁישָׁה) תַּרְשִׁישׁ *Hæc vox variè explicatur, sed hîc est, ut aliqui volunt, Metropolis Ciliciæ, ortu D. Pauli Apostoli percelebris: Finale* ה *significat motum ad locum, sicut apud Græcos in quibusdam vocibus syllaba σε, ut οὐρανόσε in* cœlum.

מִלִּפְנֵי) *Nomen substantiuum* פָּנִים *(de quo supra) in regimine habet* פְּנֵי *cui hoc loco adduntur duæ literæ seruiles.* ל *mutat hîc suum scheua (aliàs sibi debitum p. 247. 15.) in chiric, ne duo scheuaim concurrant, p. 187. 16. Scribitur enim* לִפְנֵי *pro* לְפְנֵי. *Cur litera* מ *sequenti* ל *infigat dagesch forte, vide p. 37. 19.*

וַיֵּרֶד) יֵרֵד *Futurum est tertiæ personæ in Kal Quiescentium Pe Iod à verbo* יָרַד descendit. *Sed hîc propter Vau conuersiuum ponitur segol pro tsere, & accentus retrahitur, p. 99. 3. cum aliàs dicatur* יֵרֵד *sicut* יֵשֵׁב, *p. 98. 3.*

יָפוֹ) *Portus Iudææ celeberrimus (Græcis est* Ἰόππη, *Latinis vero Ioppe) à pulchritudine nomen habens. Dicitur enim à* יָפָה pulcher fuit. *In hac autem constructione* וַיֵּרֶד יָפוֹ descendit Ioppen, *desideratur præpositio* אֶל, *quam Hebræi more Græcorum, huiusmodi locorum nominibus proprijs plerunque apponere solent.*

יִמְצָא) *Est futurum in Kal Quiescentium Lamed Aleph, p. 117. 19. à verbo* מָצָא inuenit. *In voce* יִמְצָא *concurrunt tria* i, *duplex scilicet Iod propter infixum dagesch , & chiric paruum, vajjimza. Vbi tamen primum, cum præcedente patach in diphthongum coalescit, (ne-*

que

que enim aliter efferri posse videtur) vel certe in pronunciatione prorsus negligendum est: alterum, ut consonans, ferit tertium, quod vocalis est. Idem de similibus vocibus dicendum.

אַפְּח) *Substantiuum fœmininum, idem significatione, quod* אָנִי*. Radix est* אָנָה luxit. *Abest autem hic articulus* אֶת- *accusatiui casus, qui non semper nominibus addi solet, p. 37. 5. Habet accentum regem* פָּסִיק*, idcirco sequente* ב *infigi potest dagesch lene. pag. 268. 6.*

בָּאת) *Benoni fœmininum in Kal à verbo* בּוֹא venire, ire, *p. 114. 10.*

תַּרְשִׁישׁ) *Et hic desideratur præpositio* אֶל- *motum ad locum significans. Cætera in* תַּרְשִׁישָׁה*, de quo paulo ante.*

יִתֵּן) *Futurum tertiæ personæ in kal, à verbo* נָתַן *utrinque defectiuo, p. 174. 5.*

שְׂכָרָהּ) שָׂכָר *substantiuum masculinum cum affixo fœminino (quod ad* אָנִיָּה *item fœmininum refertur) sicut* דְּבָרָהּ *p. 190. 5. Radix est verbum* שָׂכַר mercatus est, mercede conduxit.

בָּהּ) *Seruilis litera* ב, in, *cum affixo fœminino, p. 238. 3.*

לָבוֹא) *Gerundium in Kal à verbo, & radice* בּוֹא venire, *p. 114. v. ultimo. Seruile* ל *habet* ָ, *quia est cum monosyllabo p. 247. v. ultimo.*

עִמָּהֶם) cum eis, *scilicet* nautis, *vel* vectoribus. *Præpositio* עִם, *cum affixo masculino, pro quo etiam dicitur* עִמָּם: *Nam hoc* עִם *recipit affixa sicut* אֵת, *p. 235. 2.*

Versus IV.

Fuit & mare in magnum ventum immisit Dominus Et

וַיהוָה הֵטִיל רוּחַ-גְּדוֹלָה אֶל-הַיָּם וַיְהִי

Vaihi hayam el gedola ruach hetil Vadonai

frangi putabat nauis & mari in magnus turbo

סַעַר--גָּדוֹל בַּיָּם וְהָאֳנִיָּה חִשְּׁבָה לְהִשָּׁבֵר׃

lehischschaver chischscheva vehaonya, bayā, gadol saar

וַיהוָה) ו *habet patach, expulso scheua p. 243. 10.*

הֵטִיל) *Præteritum tertiæ personæ in Hiphil Quiescentium Ajin Iod, sicut* הֵשִׂים, *p. 110. 3. à Radice* טִיל, *cuius Kal inusitatum est. In Hiphil autem significat,* immittere, proijcere.

רוּחַ) *Substantiuum hoc loco fæmininum, licet idem masculinum etiam reperiatur, p. 30. 2. cum affixis* רוּחִי רוּחֲךָ רוּחוֹ. *In plurali* רוּחוֹת *&* רוּחֹת. *Radix est* רוּחַ respirare. *Caret accentu*

propria

proprio propter maccaph, & subintelligitur articulus accusatiui אֶת *ut diximus in* אֳנִיָּה.

יָם) *Numeri singularis, in plurali habet* יַמִּים, *significat etiam generatim quamlibet aquarum collectam multitudinem.*

סַעַר *pro hoc* שַׂעַר *& fœmininum* סְעָרָה *in eadem significatione reperitur.*

גָּדוֹל) *Adiectiuum masculinum de quo in* גְּדוֹלָה *versu 2.*

בַּיָּם) ב *seruile habet patach, punctum expulsi* ה *p. 247. 7. ponitur enim pro* בְּהַיָּם : יָם *de quo paulò antè.*

וְהָאֳנִיָּה) ו *cum suo scheua p. 242. v. ult.* ה *verò demonstratiuum cum camets pro patach, quia sequens* א *gutturalis, non recipit dagesch, pag. 241. 24.* אֳנִיָּה *vide versum tertium.*

חִשְּׁבָה) *putabat, scilicet* nauis, *id est,* homines nauis. *Continens pro contento, vel potiùs sumitur pro* חֻשְּׁבָה putabatur. *Est autem* חִשְּׁבָה *præteritum fœmininum in Piel Perfectorum sicut* מִסְּרָה*, p. 76. 3. à masculino* חִשֵּׁב putauit; *vtriusque Radix* חָשַׁב *eiusdem significationis.*

לְהִשָּׁבֵר) *Gerundium ex Niphal Perfectorum, sicut* לְהִמָּסֵר *p. 72. v. ult.*

Versus V.

ad unumquique clamauerunt & ,nautæ timuerunt Et

וַיִּירְאוּ הַמַּלָּחִים וַיִּזְעֲקוּ אִישׁ אֶל־

el isch Vayizaky hamallachim Vajjireu

nduï in qua ,instrumenta proiecerunt & ,suum Deum

אֱלֹהָיו וַיָּטִלוּ אֶת־הַכֵּלִים אֲשֶׁר בָּאֳנִיָּה

baonÿa ascher haccelim eth Vayatilu elohau

ad descendit Ionas & : eis ab alleuiandum ad ,mare in

אֶל־הַיָּם לְהָקֵל מֵעֲלֵיהֶם וְיוֹנָה יָרַד אֶל־

el iarad Veiona mealehem lehakel bayam el

.est sopitus & ,iacuit & ,nauis inferiora

יַרְכְּתֵי הַסְּפִינָה וַיִּשְׁכַּב וַיֵּרָדַם׃

.Vayeradam Vayischkau hassephina jarkethe

וַיִּירְאוּ) *Futurum plurale in Kal, cuius singulare est* יִירָא timebit, *à verbo composito* יָרֵא *quod habes p. 163. 2.*

מַלָּחִים) *Plurale, à singulari* מַלָּח. *Radix est* מֶלַח sal, *ex qua fit verbum in Piel Perfectorum* מִלַּח sale condire. *Inde* מַלָּח nauta, *eo quòd mare salsum nauiget.*

יִזְעֲקוּ) *Futurum plurale tertiæ personæ in Kal perfectorum sicut* יִמְסְרוּ, *p. 62. 11. sub* ע *gutturali scribitur* ־ֲ: *pro Scheua simplici p. 15. 1. in singulari* יִזְעַק clamabit, *cum patach propter secundam gutturalem p. 66. 21. Præteritum & radix est* זָעַק clamauit.

אִישׁ) *Singularis numeri, quod in huiusmodi locis commodè exponitur per* vnusquisque, singuli. *Aliàs est* vir. *In plurali* אִישִׁים viri, *prò quo usitatius est* אֲנָשִׁים *ab* אֱנוֹשׁ homo.

אֱלֹהָיו) *Plurale* אֱלֹהִים *cum affixo tertiæ personæ sicut* תַּלְמִידָיו, *p. 51. 7. Nam* ם *abijcitur. In singulari* אֱלֹהַּ *cum mappic p. 24. 5.*

יָטִלוּ) *Futurum plurale tertiæ personæ in Hiphil Quiescentium Ayn Iod sicut* יָשִׂימוּ *p. 110. 19. In penultima desideratur Iod coniugationis symbolum: quod tamen in quibusdam exemplaribus reperiri dicitur* יָטִילוּ: *Radix est* טיל *de qua in versu quarto.*

כֵּלִים) *Plurale, à singulari* כְּלִי *cuius formam & affixa reperies in tabula Imperfectorum nominum, p. 213. 22.*

אֲשֶׁר) *Relatiuum p. 52. 22. Subintelligitur autem hic verbum substantiuum* הָיוּ erant, *quod Hebræi sæpe omittunt p. 324. 7.*

בָּאֳנִיָּה) ב *cum camets, quia sequitur camets cathuph, p. 247. 19.* De אֳנִיָּה *versu tertio.*

לְהָקֵל) *Gerundium ex Hiphil Defectiuorum Ayn, sicut* לְהָגֵל, *p. 153. 6. à verbo* קָלַל *quod in Kal significat* alleuiauit.

מֵעֲלֵיהֶם) מֵעַל *Aduerbium loci, compositum ex prepo-*

præpositione עַל super,*& מ seruili. Vnde manente ubique tsere sub* מ, *recipit affixa (ex quibus hoc masculinum plurale est) sicut simplex* עַל,*p.237.7. Porro* מ *habet tsere pro chiric, quia sequens litera non admittit dagesch, sicut in voce* מֵעִיר,*p.37.23.*

יָרַד) *Præteritum in Kal Quiescentium Pe Iod sicut* יָשַׁב,*p.97.29.*

יַרְכְּתֵי) *In regimine Duali, cuius absolutum est* יַרְכָתַיִם *à singulari* יַרְכָה latus, *pro quo etiam dicitur* יָרֵךְ femur, latus.

סְפִינָה) *Fœmininum sicut* תּוֹרָה,*p.36.5. Radix est* סָפַן texit. *videtur hoc nomine* carina *significari, quòd tegatur.*

יִשְׁכַּב) *Futurum est in Kal Perfectorũ exiens in patach,p.66.21. à Radice* שָׁכַב iaceo.

וַיֵּרָדַם) *Futurum in Niphal Quiescentium Pe Iod: quam coniugationem hoc verbum solùm habet. Seruile Iod habet tsere pro chiric, quia* ר *prima Radicis non admittit* Dagesch, *p.74. 6. Vltima syllaba hoc loco recipit patach, pro ut aliquando hic fieri solet, ibid. v. 11. licet aliàs in similibus tsere sit frequentius, ut in* יִסָּפֵר, *pag. 72.16. Præteritum est* נִרְדַּם sopitus est. *Benoni* נִרְדָּם sopitus *à Radice* רדם, *à qua etiam fit nomen* תַּרְדֵּמָה sopor, somnus profundior.

Versus VI.

: ei dixit & gubernator magnus eum ad accessit Et

וַיִּקְרַב אֵלָיו רַב הַחֹבֵל וַיֹּאמֶר לוֹ

lo Vajomer hachovél rav elav Vajikrav

forte si :tuum Deum ad clama ,surge ? sopite tibi quid

מַה-לְּךָ נִרְדָּם קוּם קְרָא אֶל-אֱלֹהֶיךָ אוּלַי

ulai elohécha el kera kum nirdam lécha ma

.pereamus non &, nobis Deus placetur

יִתְעַשֵּׁת הָאֱלֹהִים לָנוּ וְלֹא נֹאבֵד׃

. noved Velo lanu haelohim jithaschscheth

יִקְרַב) *Futurum in Kal perfectorum. Vltima per patach, quia ipsius verbum* קָרַב appropinquauit, *neutrum est p. 66.21.*

אֵלָיו) אֶל *Præpositio cum affixo masculino, p. 235.20.*

רַב) *Adiectiuum masculinum significans*, multus, magnus, magister, *&c. cum affixo* רַבִּי Magister meus, *vel in Vocatiuo*, Magister mi. *Quæ vox Hebræis familiarissima est. Fœmininum* רַבָּה; *Radix verò* רָבַב *de qua multa in Lexicis.*

הַחֹבֵל) ה *Demonstratiuum retinens patach ante* ח, *p. 240. v. ultimo.* חֹבֵל *est Benoni in Kal Perfectorum. Ponitur hîc loco substantiui, vel nominis verbalis, sicut* שֹׁמֵר *p. 57. v. ult. à verbo*

bo חָבַל, *quod inter alia significat*, gubernare nauem.

וַיֹּאמֶר) *A verbo Quiescente Pe Aleph* אָמַר dixit, *formatur futurum in Kal* יֹאמַר dicet. *Accedente verò* ו *conuersiuo retrahitur accentus, & patach migrat in segol. Hæc omnia in paradigmate* אָמַר *p. 94. 22.*

לוֹ) *Datiuus singularis Pronominis tertiæ personæ* הוּא ille, *p. 48. 5.*

מַה־) *Pronomen interrogatiuum, p. 53. 4.*

לְּךָ) *Datiuus singularis pronominis secundæ personæ* אַתָּה tu, *pag. 47. 16. Habet Dagesch forte, p. 22. 3. De* נִרְדָּם (*quod hic rectiùs per vocatiuum, quàm per datiuum exponitur*) *egimus in* יֵרָדֵם *paulò antè.*

וּקְרָא) *Imperatiuos* קְרָא *&* קוּם *iam explicauimus versu 2.*

אֱלֹהֶיךָ) *Plurale* אֱלֹהִים *cum affixo secundæ personæ sicut* תַּלְמִידֶיךָ, *p. 51. 13.*

אוּלַי) *Aduerbium dubitandi, p. 181. 18. vel, ut alij volũt, bene ominandi, à radice* אָלָה iurauit.

יִתְעַשֵּׁת) *Futurum in Hithpael perfectorum, sicut* יִתְמַסֵּר, *p. 88. 15. Illius præteritum* הִתְעַשֵּׁת placatus est, propitium, serenum se exhi-

buit.

buit. *Radix verò est* עָשַׁת *in Kal significans* nituit, canduit.

לָנוּ) *Datiuus pluralis primæ personæ* אֲנִי, *p. 47.7.*

וְלֹא) ו *Copulatiuum cum aduerbio negandi* לֹא, *p. 181.14.*

נֹאבֵד׃) *Futurum plurale primæ personæ in Kal Quiescentium Pe Aleph, sicut* נֹאבַר, *p. 94.7. nisi quod propter Soph pasuc mutetur patach in tsere, à verbo* אָבַד perijt.

Versus VII.

Venite :suum socium ad unusquisque dixerunt Et

וַיֹּאמְרוּ אִישׁ אֶל־־רֵעֵהוּ לְכוּ

lechu reehu el isch Vayomeru

malum quem propter sciemus & ,sortes proÿciamus &

וְנַפִּילָה גוֹרָלוֹת וְנֵדְעָה בְּשֶׁלְּמִי הָרָעָה

haraa beschellemi Venedea goraloth Venappila

sors cecidit & ,sortes proiecerunt & :nobis hoc

הַזֹּאת לָנוּ וַיַּפִּלוּ גוֹרָלוֹת וַיִּפֹּל הַגּוֹרָל

haggoral Vayappol. goraloth Vayippilu lanu hazzoth

.Ionam super

עַל־־יוֹנָה׃

.Iona al

יֹאמְרוּ) *Futurum plurale in Kal Quiescentium Pe Aleph, à singulari* יֹאמַר, *Præteritum & Radix est* אָמַר dixit, *paradigmate habes p. 93. 22.*

רֵעֵהוּ) *Adiectiuum masculinum* רֵעַ amicus, socius, *cum affixo tertiæ personæ sicut* מִקְנֵהוּ *p.* 208. 9. *manente ubique tsere sub* ר. *Radix illius est verbum Quiescens Lamed He* רָעָה pauit. *Notāda phrasis Hebraica* אָמַר אִישׁ אֶל-רֵעֵהוּ (*ad verbum*) Dixit vnusquisque ad socium suum, *id est*, alter ad alterum, ἀλλήλοις.

לְכוּ) *Imperatiuus pluralis in Kal Quiescentium Pe Iod, sicut* שְׁבוּ, *cuius singularem & Radicem quære suprà versu secundo. Quidam tam* לֵךְ *quam* לְכוּ *in huiusmodi locis volunt esse voces hortantis, pro* Agedum *vel* Eia, *sicut* ἄγε *&* ἄγετε *apud Græcos.*

נַפִּילָה) *Futurum plurale primæ personæ in Hiphil Defectiuorum Pe Nun, sicut* נַגִּישׁ. *p.* 144. 6. *Accedit tamen* ה *paragogicum, de quo p.* 249. 14. *accentu seruante suam sedem, quam alias habet in* נַפִּיל. *Radix est* נָפַל *in Kal,* cecidit. *In Hiphil* (*ut hoc loco*) הִפִּיל fecit cadere, proiecit.

גּוֹרָלוֹת) *Plurale absolutum fœmininum à singulari masculino* גּוֹרָל sors. *Est ergo Heteroclitum, ut multa alia, cùm dicendum esset* גּוֹרָלִים. ג *sine dagesch leni, quia præcedit litera quiescens p.* 19. 9. *Radix est* גרל, *cui, utpote inusitatæ, puncta non subijcio, quod & in similibus obseruandum.*

נֵדְעָה

נֵדְעָה) *à verbo Quiescente Pe Iod* יָדַע sciuit, *formatur futurum in Kal* יֵדַע sciet: *In plurali prima persona* נֵדַע *ultima cum* - *p.* 98. 23. *& post additum* ה *paragogicum*, נֵדְעָה.

בְּשֶׁלְּמִי) בְּשֶׁל *Praepositio cum Pronomine interrogatiuo* מִי, *p.* 53. 4. *ubi huius vocis significationem ex communi Grammaticorũ sententia posuimus. Verùm cùm legamus Iud.* 13. 17. מִי שְׁמֶךָ quod nomen tuũ, *& Mich.* 1. 5. מִי־פֶשַׁע quod scelus Iacob; וּמִי בָּמוֹת & quæ excelsa Iudæ? *nihil obstat, quòminùs cum S. Hieron, & septuaginta, eandem vocem* מִי *latiùs usurpemus. Scribitur autem* בְּשֶׁלְּמִי *instar dictionis compositæ pro* בְּשֶׁל מִי. *Dagesch in* ל *euphoniæ causa. Sufficeret enim scheua* וּבְשֶׁלְמִי

הָרָעָה) ה *Demonstratiuum cum* -, *quia* ר *non admittit dagesch p.* 241. 23. רָעָה *iam explicatum est versu secundo.*

הַזֹּאת) *Pronomen Demonstratiuum fœmininũ p.* 52. 17. *cum* ה *demonstratiuo.*

יַפִּלוּ) *Futurum plurale in Hiphil Defectiuorũ Pe Nun, sicut* יַשִּׁילוּ, *p.* 144. 4. *Omittitur tamen Iod characteristicum, cùm dicendum esset* וַיַּפִּילוּ *Accentus est Pasta duplicatus Distinguens, p.* 270. 11. *qui etiam facit*

Bb up

ut sequenti ג infigatur Dagesch lene, licet præcedat ה litera quiescens. De גּוֹרָל paulò antè egimus.

יִפֹּל) Futurum singulare in Kal more perfectorum. p. 141. 22. Nascitur ex præcedente Radice נָפַל.

Versus VIII.

propter ?nobis nunc indica : eum ad & dixerunt Et

וַיֹּאמְרוּ אֵלָיו הַגִּידָה-נָּה לָּנוּ בַּאֲשֶׁר

Baascher lanu na haggida elau, Vajomeru

unde & ?tuum opus quod? nobis hoc malum quem

לְמִי-הָרָעָה הַזֹּאת לָנוּ מַה-מְּלַאכְתְּךָ וּמֵאַיִן

umeajin melachtecha ma lanu hazzoth haraa lemi

?tu populo quo de & ?tua terra qua ?venis

תָּבוֹא מָה אַרְצֶךָ וְאֵי-מִזֶּה עַם אָתָּה:

attha am mizze vee artsecha ma tavo

אֵלָיו) Præpositio אֶל- cum affixo tertiæ personæ. p. 295. 19.

הַגִּידָה) Imperatiuus in Hiphil Defectiuorum Pe Nun, sicut הַפֵּיל (Hiphil enim in ultima recipit chiric vel tsere pag. 84. 19.) addito ה paragogico. Caret accentu Grammatico propter Maccaph, ut iam aliquoties diximus, Radix est נגד.

נָא) *Aduerbium obsecrandi, p. 181. 22. Cur habeat Dagesch forte, vide p. 22. 3.*

בַּאֲשֶׁר) *Vox composita ex litera seruili* ב, *& relatiuo* אֲשֶׁר. *Accipitur hoc loco pro Præpositione* בַּעֲבוּר propter.

לְמִי) *Pronomen Interrogatiuum cum articulo Datiui, qui etiam accusatiuo inseruit, ut pag. 37. 15.*

מְלַאכְתֶּךָ) *Substantiuum fœmininum* מְלָאכָה opus, *cum affixo secundæ personæ. Recipit enim affixa, sicut* מֶמְשָׁלָה *p. 203. 20. Radix est* לאך.

וּמֵאַיִן) וּ *pro* וְ *quia sequitur labialis, p. 244. 17.* מֵאַיִן *aduerbium interrogandi de loco, p. 182. v. ult.*

תָּבוֹא) *Futurum secundæ personæ singularis in Kal, à verbo & Radice* בּוֹא venire, *cuius paradigma habes p. 114. 9. Ponitur autem hîc futurum pro Benoni, p. 58. 20. ut ex sensu colligitur.*

מָה) *Pronomen interrogatiuum.*

אַרְצֶךָ) *Substantiuum* אֶרֶץ *sex punctorum cum affixo secundæ personæ. Recipit enim affixa sicut* מֶלֶךְ *p. 195. 13. Porro hic propter accentum Athnach distinctiuum, mutatum est Scheua in*

 segol,

ſegol,p.271.14. aliàs enim dicitur אַרְצָךְ *ſicut* מַלְכָּךְ׃

אֵי-מִזֶּה) אֵי *per ſe ſignificat*, vbi, *&* מִזֶּה inde. *Vide aduerbia. Vtrunque verò coniunctum exponitur* vnde? *vel* ex quo? *Hic additur nomen* עַם populus. *Alibi haud incommodè ſubintelligitur* מָקוֹם locus.

אָתָּה) *Pronomen ſecundæ perſonæ, p.47.14. ſic ſcribitur propter accentum.*

Verſus IX.

Deum Dominum & ,ego Hebræus ,eos ad dixit Et

וַיֹּאמֶר אֲלֵיהֶם עִבְרִי אָנֹכִי וְאֶת-יְהוָה אֱלֹהֵי

Elohê Adonai eth Ve anochi Ivri alehem Vaÿomer

. & mare fecit qui timeo, ego cælorum

הַשָּׁמַיִם אֲנִי יָרֵא אֲשֶׁר-עָשָׂה אֶת-הַיָּם וְאֶת-

eth ve-haÿam et aſa aſcher jare ani haſchſcámajim

.aridam

הַיַּבָּשָׁה׃

.haÿabbaſcha

אֲלֵיהֶם) *Præpoſitio* אֶל *cum affixo plurali tertiæ perſonæ,p.235.19.*

עִבְרִי) *Nomen Gentile,p.42.9. Radix eſt* עָבַר *in Kal*, tranſiuit. *Ita primùm Abraham fuit dictus à Chananæis & Phœnicibus, quòd Euphrate tranſito ad eos commigraſſet, Gen.14.*

Hoc

Hoc deinde nomen ipsius posteris inditum est. Alij aliter.

אָנֹכִי) *Pronomen primæ personæ, idem quod* אֲנִי *p. 47. 7. Est millel propter accentum athnach, qui hîc valet comma, licet sæpiùs valeat colon, pag. 25. 25.*

אֱלֹהֵי) *In regimine plurali, cuius absolutum est* אֱלֹהִים *de quo versu quinto.*

שָׁמַיִם) *Vox Dualem habens terminationem, modò per singularem, modò per pluralem numerum exponitur. Accentus in penultima, quia habet formam punctorum sicut* בַּיִת *pag. 268. 19. Radix videtur* שמה*, sed alij aliam afferunt.*

אֲנִי) *Pronomen primæ personæ, p. 47. 7.*

יָרֵא) *Benoni in Kal à præterito* יָרֵא*, p. 163. 1.*

עָשָׂה) *Præteritum in Kal Quiescentium Lamed He, sicut* קָנָה*, p. 123. 11.*

יַבָּשָׁה) *Substantiuum fæm. idem, quod* יַבֶּשֶׁת*. Per utrumque verò* terra *intelligitur, quasi dicas,* ariditatem *vel* aridum *substantiuè. Græcis & Latinis per adiectiuum explicatur. Radix est* יָבֵשׁ*.*

Versus X.

dixerunt & ,magno timore viri timuerunt Et
וַיִּירְאוּ הָאֲנָשִׁים יִרְאָה גְדוֹלָה וַיֹּאמְרוּ
Vaiomeru gedola jira haanaschim Vaijreu

viri cognouerunt quia ?fecisti hoc cur : eum ad
אֵלָיו מַה־זֹּאת עָשִׂיתָ כִּי יָדְעוּ הָאֲנָשִׁים
haanaschim iadeu ki asitha Zoth ma elav

eis indicauerat quia:fugiens ipse Domini facie à quòd
כִּי מִלִּפְנֵי יְהוָה הוּא בֹרֵחַ כִּי הִגִּיד לָהֶם׃
Lahem higgid ki Voreach hu Adonai millipbne ki

הָאֲנָשִׁים) ה *Demonstratiuum cum camets, quia sequens litera* א *non recipit Dagesch, p. 241. 23.* אֲנָשִׁים *plurale (quod sæpè pro viris accipitur) à singulari* אֱנוֹשׁ homo.

יִרְאָה) *Substantiuum fœm. à Radice* יָרֵא *propriè significat* timorem, *ut hoc loco: Vsurpatur etiam pro* pietate *seu* religione *ac* cultu diuino, *qui Græcis est* εὐσέβεια *seu* θεοσέβεια. *Nota hic significari modū rei sine ulla seruili litera, &* יִרְאָה גְּדוֹלָה *exponi per ablatiuum Latinum,* timore magno.

עָשִׂיתָ) *Secunda persona præteriti in Kal Quiescentium Lamed He, sicut* קָנִיתָ *p. 123. 11. ab* עָשָׂה fecit.

יָדְעוּ) *Tertia persona pluralis præteriti in Kal Quiescentium Pe Iod, quæ in hoc tempore à Per-*

fectis

fectis non differunt. Est ergo sicut מְסָרִ *p. 61. 16. à verbo* יָדַע sciuit.

בֹּרֵחַ) *Benoni in Kal Perfectorum; sicut* מוֹסֵר. *Additur autem patach suffuratum, quia ultima est* ח *p. 10. 3. Radix est* בָּרַח.

הִגִּיד) *Præteritum tertiæ personæ in Hiphil Defectiuorum Pe Nun, sicut* הִשִּׁיל, *p. 143. 15. à verbo* נגד *quod tantùm in Hiphil & Hophal usitatum est.*

לָהֶם׃) *Pronomen Datiui pluralis tertiæ personæ, p. 48. 11.*

Versus XI.

silebit & ' ,tibi faciemus quid :eum ad dixerunt Et

וַיֹּאמְרוּ אֵלָיו מַה-נַּעֲשֶׂה לָּךְ וְיִשְׁתֹּק

Vajischtok lach naase ma elaV Vajomeru

tumultuans & Vadens mare quia ,nobis à mare

הַיָּם מֵעָלֵינוּ כִּי הַיָּם הוֹלֵךְ וְסֹעֵר׃

Veseer holech hajam ki mealenu hajam

נַעֲשֶׂה) *Futurum primæ personæ pluralis in Kal Quiescentium Lamed He, ab* עָשָׂה *de quo versu nono & decimo.*

לָּךְ) *ita scribitur in pausa Datiuus singularis Pronominis secundæ personæ, p. 49. 13. qui aliàs est* לְךָ *p. 47. 16. ab* אַתָּה tu.

יִשְׁתֹּק) *Futurum tertiæ personæ in Kal perfectorum sicut* יִמְסוֹר*, p. 62. 7. Nam cholem etiam sine* ו *scribitur. Præteritum illius & radix est* שָׁתַק siluit, tranquillum fuit.

מֵעָלֵינוּ) מֵעַל *Aduerbium, (de quo etiam versu quinto,) cum affixo plurali primæ personæ.*

הוֹלֵךְ סֹעֵר) *Vtrunque Benoni in Kal perfectorũ, sicut* מֹסֵר *p. 61. 21. illud à verbo* סָעַר intumuit, turbatum, commotum fuit, *cuius radix est* סַעַר turbo, tempestas, *quod commodè hîc etiam per Imperfectum explicari potest (pag. 58. 20.* ibat & intumescebat, *de qua voce paulò pòst. Hoc ab* הָלַךְ ambulauit, *quo tantùm utimur in præterito & Benoni. Nam cætera sumuntur à* יָלַךְ *ut diximus versu secundo.*

Versus XII.

,mare in me proijcite & ,me tollite :eos ad dixit Et

וַיֹּאמֶר אֲלֵיהֶם שָׂאוּנִי וַהֲטִילֻנִי אֶל-הַיָּם·

bajam el Vahatiluni sauni alehem Vajomer

quòd ego scio quia :vos super mare silebit &

וְיִשְׁתֹּק הַיָּם מֵעֲלֵיכֶם כִּי יוֹדֵעַ אָנִי כִּי

ki ani Iodea ki mealechem hajam Veteschtok

.vos super hæc magna tempestas me propter

בְשֶׁלִּי הַסַּעַר הַגָּדוֹל הַזֶּה עֲלֵיכֶם׃

.alechem hazze haggadol hassaar Veschelli

אֲלֵיהֶם) *vide versum nonum.*

שָׂאוּנִי) *Verbum* נָשָׂא accepit, eleuauit, &c. *In Imperatiuo singulari* τῆ *Kal, facit* שָׂא eleua. *In plurali* שְׂאוּ eleuate, *cui hic additur affixũ singulare primæ personæ. Habet* ָ *loco sceua, sicut aliàs etiam frequens est punctorum mutatio, de qua pag. 255.*

הֲטִילֻנִי) *à Radice* טִיל *formatur Hiphil* הֵטִיל proiecit, *sicut* הֵשִׂים *p. 110. 3. cuius Imperatiuus singularis est* הָטֵל proijce. *Plurali* הָטִילוּ. *Cum affixo mutatur camets sub* ה *in* ֲ, *Kibbuts hic ponitur pro scharec, p. 223. 17.*

מֵעֲלֵיכֶם) *Aduerbium* מֵעַל (*de quo versu 5.*) *cum affixo secundæ personæ pluralis.*

יוֹדֵעַ) *Benoni singulare, in Kal, sicut* מוֹקֵר, *p. 61. 21. Radix* יָדַע. *Habet patach suffuratum, quia ultima est gutturalis non præcedente* ָ *aut* ַ, *p. 10. 3.*

אָנִי) *Ob accentum distinguentem ita scribitur, aliàs* אֲנִי *pag. 47. 7.*

בְשֶׁלִּי) *Præpositio* בְשֶׁל (*de qua supra versu 7.*) *cum affixo singulari primæ personæ.*

סַעַר) *vide suprà versu quarto.*

הַזֶּה) זֶה *Pronomen Demonstratiuum, p. 52. 16. cum* ה *item Demonstratiuo.*

עֲלֵיכֶם) *Præpositio* עַל *cum affixo secundæ personæ, p. 237. 7.*

Versus XIII.

non & aridam ad redeundum ad viri remigarunt Et

וַיַּחְתְּרוּ הָאֲנָשִׁים לְהָשִׁיב אֶל־הַיַּבָּשָׁה וְלֹא

velo, hayabbascha el lehaschib haanaschim Vayachteru

eos contra tumultuans & vadens mare quia potuerũt

יָכֹלוּ כִּי הַיָּם הוֹלֵךְ וְסֹעֵר עֲלֵיהֶם׃

alehem vesoer holech hayam ki iacholu

יַּחְתְּרוּ) *Futurum est plurale tertiæ personæ in Kal perfectorum à singulari* יַחְתּוֹר remigabit. *Cur autem hîc literæ futuri habeant patach sequente scheua sub gutturali, vide secundam & tertiam Regulam Gerundij, p. 69. Radix est* חָתַר fodit, remigauit cum aliqua contentione, *quod septuaginta insinuant qui hîc utuntur verbo* παρεβιάζοντο.

לְהָשִׁיב) *Gerundium in Hiphil Quiescentium Ayn Vau, sicut* לְהָקִים *vel* לְהָקִים, *p. 110. v. ult.*

יָכֹלוּ) כ *cum cholem propter accentum Athnach, pro* יָכְלוּ, *sicut* סָפְרוּ. *Est præteritum plurale tertiæ personæ. Mutatur autem hîc scheua in cholem, non in camets, quia venit à tertia forma*

ma præteriti in Kal, nimirum יָכוֹל potuit, *p. 63. 21.*

עֲלֵיהֶם) *Præpositio* עַל *cum affixo plurali tertiæ personæ, p. 237. 7.*

Versus XIV.

Quæsumus, dixerunt & Dominum ad clamaverunt Et

אָנָּה וַיֹּאמְרוּ אֶל־יְהוָה וַיִּקְרְאוּ

anna Vajomeru Adonai el Vajikreu

viri animam propter pereamus quæsumus ne Domine

הָאִישׁ בְּנֶפֶשׁ נֹאבְדָה אַל־נָא יְהוָה

haisch benephesch noveda na al Adonai

quia: innocentem sanguinem nos super des ne &, huius

כִּי נָקִיא דָּם עָלֵינוּ וְלֹא־תִתֵּן הַזֶּה

ki nake dam alenu titten Velo hazze

fecisti, voluisti sicut Domine tu

עָשִׂיתָ חָפַצְתָּ כַּאֲשֶׁר יְהוָה אַתָּה

asitha chaphazta caascher Adonai atta

וַיִּקְרְאוּ) *Futurum plurale tertiæ personæ in Kal Quiescentium Lamed Aleph, sicut* יִמְצְאוּ, *p. 117. 29. cuius singulare* יִקְרָא clamabit, *à verbo* קָרָא *de quo versu secundo.*

אָנָּה) *Adverbium obsecrandi, pag. 181. 22. Redditur per* Quæsumus, *aut per* Quæso, *si unus tantùm loquatur. Idem autem valet* נָא *quod* אָנָּא *nisi quod hoc præponatur, alterũ verò (ut*

hic

hîc videre est) interposita una aut altera voce postponatur. Reperitur tamen אָנָּא siue altero. vide Lexicon.

נֹאבֵדָה) *A verbo Quiescente Pe Aleph* אָבַד perijt, *formatur futurum in Kal* יֹאבַד peribit, *sicut* יֹאמַר, *p. 94. 4. Vnde in plurali prima persona* נֹאבַד, *& cum paragogico* נֹאבְדָה.

בְּנֶפֶשׁ) ב *seruile cum scheua. Habet dagesch initio, quod* ה *præcedens propter Reuia distinguentem non impedit, pag. 19. 4.*

תִּתֵּן) *Futurum singulare secunda persona in Kal, à verbo utrinque Defectiuo* נָתַן, *cuius coniugationem habes, p. 147. 5.*

עָלֵינוּ) *Præpositio* עַל *cum affixo plurali prima persona, p. 237. 11.*

דָּם) *Substantiuum masculinum singularis numeri, sicut* יָד, *p. 213. 12.*

נָקִיא) *Adiectiuum masculinum, cuius fœmin. esse potest* נְקִיָּה. *Affixa illius vide p. 214.*

כַּאֲשֶׁר) *Aduerbium similitudinis, p. 182. 2. compositum ex* כ *seruili, &* אֲשֶׁר.

חָפַצְתָּ) *Secunda persona singularis à verbo* חָפֵץ *in Kal perfectorum, sicut* זָקֵן: *ex altero præteriti forma, de qua pag. 63. 18.*

Versus

Versus XV.

:mare in eum proiecerunt & ,Ionam tulerunt Et
וַיִּשְׂאוּ אֶת־יוֹנָה וַיְטִלֻהוּ אֶל־הַיָּם
hayam el Vaitiluhu Iona eth Vayisu
.suo feruore à mare stetit &
וַיַּעֲמֹד הַיָּם מִזַּעְפּוֹ׃
.mizzapo hayam Vayaamod

יִשְׂאוּ) *Futurum plurale, cuius singulare* יִשָּׂא eleuabit, accipiet, *à verbo composito* נָשָׂא *quod habetur, p. 168. 6. Excidit autem dagesch ex* שׂ *propter frequentem vocis usum. Dicendū enim esset* יִשְּׂאוּ.

יְטִלֻהוּ) *ab* הֵטִיל *præterito in Hiphil (de quo versu 12.) fit futurum* יָטִיל *sicut* יָקִים, *p. 110. 19. accedente autem affixo, mutatur camets sub litera futuri in scheua, p. 231. 12. De Kibbuts posito pro* ו, *vide versum duodecimum.*

יַעֲמֹד) *Futurum tertiæ personæ in Kal perfectorum sicut* נַעֲמֹד, *p. 69. 14. à præterito* עָמַד stetit.

מִזַּעְפּוֹ) *Singulare* זַעַף ira, *cum affixo tertiæ personæ (quod hic pro Reciproco usurpatur, p. 314. 4.) sicut* מַלְכּוֹ, *p. 195. 13. Radix est* זָעַף iratus est, feruens, furens fuit.

Versus XVI.

Et

Dominum magnò timore viri timuerunt Et

וַיִּירְאוּ הָאֲנָשִׁים יִרְאָה גְדוֹלָה אֶת־יְהוָה

Adonai eth gedola jira haanaschim Vayireu

vota voverunt & Domino hostiam immolauerunt &

וַיִּזְבְּחוּ־זֶבַח לַיהוָה וַיִּדְּרוּ נְדָרִים׃

nedarim vayidderu ladonai zevach Vayizbechu

יִזְבְּחוּ) *Futurum plurale tertiæ personæ in Kal perfectorum, sicut* יִפְקְדוּ, *p. 62. 11. cuius singulare est* יִזְבַּח *per patach, quia tertia est* ח, *p. 66. 21. Præteritum & Radix est* זָבַח immolauit, sacrificauit. ב *hic recipit dagesch lene, quia ponitur post scheua quiescens, p. 20. 19.*

זֶבַח) *Substantiuum, cuius plurale* זְבָחִים.

לַיהוָה) *Vox* יהוה *de qua versu primo, cum articulo Datiui casus.* ל *habet* ַ *sicut* ב *in* בַּיהוָה, *p. 248. 10.*

יִדְּרוּ) *Futurum plurale tertiæ personæ, cuius singulare est* יִדֹּר *in Kal Defectorum Pe Nun, sicut* יִשֹּׁל, *p. 141. 7. à præterito* נָדַר vovit.

נְדָרִים׃) *Plurale absolutum à singul.* נֶדֶר *ex forma* דָּבָר *,* בֶּגֶד *p. 196. 5.*

CAPVT II.

ב

Versus

Versus I.

deglutiendū ad magnum piscem Dominus praparauit Et

וַיְמַן יְהוָה דָּג גָּדוֹל לִבְלֹעַ

,diebus tribus piscis visceribus in Ionas fuit & ,Ionam

אֶת־יוֹנָה וַיְהִי יוֹנָה בִּמְעֵי הַדָּג שְׁלֹשָׁה יָמִים

noctibus tribus &

וּשְׁלֹשָׁה לֵילוֹת׃

וַיְמַן) ו *Conuersiuum cum patach; sed dagesch ex Iod scheuato excidit, p. 244.14.*

יְמַן) מָנָה numerauit, *verbum Quiescens Lamed He, in futuro Coniugationis Piel habet* יְמַנֶּה *sicut* יְבַנֶּה*, p. 128.12. & sine* ה יְמַן *sicut* תְּקַם *p. 129.6. Hic in Piel significat* constituere, præparare.

דָּג) *Nomen ex forma* τῦ דָּן*, p. 213.12. Eiusdem significationis est* דָּגָה *fœm. quod sequitur proximo versu. Hinc etiam fit verbum in Kal* דָּגָה, multiplicatus est instar piscium.

לִבְלֹעַ) *Gerundium in Kal perfectorum sicut* לִפְקֹד*, p. 62. v. ult. Sub* ע *ponitur patach suffuratum, quia non præcedit camets, aut patach, p. 10.3. Radix est* בָּלַע deglutiuit.

בִּמְעֵי) ב *litera seruilis cum chiric propter sequens scheua p. 187.15.* מְעֵי *in regimine pluralis, ab absoluto* מֵעִים*. Singulare est* מְעִי *(instar*

פְּרִי p. 215.13. vel דְּלִי p. 213. 22.) significatq́; omnia membra interiora, vt cor, hepar, pulmonem, &c. radix מעה.

שְׁלֹשָׁה) Masculinum Cardinalis numeri, p. 285.14.

יָמִים) Plurale à singulari יוֹם dies, p. 215. 17.

לֵילוֹת:) Plurale fœminina terminationis à singulari masculino לַיִל nox. Est ergo heteroclitum, construiturq́; in plurali cum numerali masculino.

Versus II. & III.

suum Deum Dominum ad Ionas orauit Et

וַיִּתְפַּלֵּל יוֹנָה אֶל־יְהוָה אֱלֹהָיו

angustia ex Clamaui, dixit Et piscis. visceribus ex

מִמְּעֵי הַדָּגָה: וַיֹּאמֶר קָרָאתִי מִצָּרָה

inferi ventre ex me exaudiuit & Dominum ad mea

לִי אֶל־יְהוָה וַיַּעֲנֵנִי מִבֶּטֶן שְׁאוֹל

meam vocem exaudiuisti clamaui

שִׁוַּעְתִּי שָׁמַעְתָּ קוֹלִי:

יִתְפַּלֵּל) Futurum in Hithpael sicut יִתְסַפֵּר p. 88. 15. Cuius preteritum הִתְפַּלֵּל orauit. Radix est פלל usitata etiam in Piel, ubi significat iudicare, arbitrari.

מִמְּעֵי) מ seruile cum voce מְעֵי, de qua versu proximo egimus, ut & de דָּג in דָּגָה.

קראתי

קְרָאתִי) *Prima persona præteriti Quiescentiũ Lamed Aleph, p. 117. 11. Radix est* קָרָא *de qua versu secundo primi capitis.*

צָרָה) *Substantiuum fœm. hîc propter sequens monosyllabum retrahitur accentus, p. 270. versu ultimo. Radix est* צוּר obsidere, affligere.

לִי) *Pronomen primæ personæ ab* אֲנִי, *p. 47. 7. hîc accipitur pro Genitiuo, p. 49. 3.*

יַעֲנֵנִי) *ab* עָנָה *Quiescente Lamed He, formatur futurum in Kal* יַעֲנֶה, *cui hîc* ו *significationem præteriti tribuit. Verùm ob affixum (quod hîc est primæ personæ) abijcitur ultimum* ה *sicut in* יְקַנֵּנִי, *p. 232. 4.*

בֶּטֶן) *Nomen formæ* ☉ בֶּגֶד, *p. 196. 5.*

שְׁאוֹל) Infernus, *à Radice* שָׁאַל postulauit.

שִׁוַּעְתִּי) *Prima persona præteriti* שׁוּעַ clamauit, *in Piel, sicut* מִסַּרְתִּי, *p. 76. 4.*

שָׁמַעְתָּ) *Secunda persona præteriti* שָׁמַע audiuit, exaudiuit, *in Kal, sicut* מָסַרְתָּ, *p. 61. 13.*

קוֹלִי) *Nomen* קוֹל *cum affixo primæ personæ.*

Versus IV.

flumẽ & ,marium cor in,profundum(in)me proiecisti Et

וַתַּשְׁלִיכֵנִי מְצוּלָה בִּלְבַב יַמִּים וְנָהָר

fluctus tui & ,tua illisiones omnes ,me circumdedit

יְסֹבְבֵנִי כָּל־מִשְׁבָּרֶיךָ וְגַלֶּיךָ

transierunt me super

עָלַי עָבָרוּ׃

תַּשְׁלִיךְ (תַּשְׁלִיכֵנִי) *Futurum secundæ personæ in Hiphil Perfectorum (sicut* תַּפְקִיר *p. 83. 13.) cum affixo primæ personæ. Præteritum* הִשְׁלִיךְ proiecit. *Reperitur tantùm in Hiphil & Hophal. Radix* שלך.

מְצוּלָה) *Substantiuum fœm. à Radice* צול. *omittitur autem hîc per Eclipsin præpositio* אֶל־ in, *cùm dicendum esset* אֶל־מְצוּלָה in profundum. *Habet accentum pasta in ultima, idcirco infigitur dagesch lene initio sequentis dictionis, p. 268. 6.*

בִּלְבַב) ב *seruile cum chiric propter sequens scheua p. 187. 15.* לְבַב *in regimine singulari, cuius absolutum est* לֵבָב cor, *in plurali* לְבָבִים. *Ab hac Radice nascitur etiam* לֵב & לִבָּה *eiusdem significationis.*

יַמִּים) *Plurale, de cuius singulari* יָם *cap. 1. v. 4. egimus.*

נָהָר) *Nomen sicut* דָּבָר, *p. 189. 18. Radix est* נהר curcurit, fluxit.

יְסֹבְבֻנִי (סָבַב) circuivit, &c. *Verbum Defectiuum Ayn, in futuro Poël habet* יְסֹבֵב *p. 81. 9. cui additur hîc affixum primæ personæ, mutato tsere sub secunda radicali in scheua.*

כָּל־ (כֹּל) *propter maccaph vertit cholem in camets catuph, p. 271. 20.* כ *habet dagesch lene, quia præcedit accentus distinguens. Porro vox hæc usitatissima est, & omnibus generibus & numeris sine syllabarum additione communis, quam cum omnibus affixis inuenies, p. 216. 13. Radix est* כָּלַל absoluit, consummauit.

מִשְׁבָּרֶיךָ) *Plurale* מִשְׁבָּרִים *cum affixo secundæ personæ, sicut* דְּבָרֶיךָ *pag. 190. 11. Cuius singulare est* מִשְׁבָּר fluctus, *vel* illisio fluctuum, *à Radice* שָׁבַר fregit, *eò quòd sese conterant, vel, quòd naues frangant.* ב *cum dagesch leni, propter scheua quiescens, quod præcedit, p. 20. 19.*

גַּלֶּיךָ) *Plurale* גַּלִּים *à singulari (quod tamen in scriptura non extat)* גַּל fluctus, *(idem ferè quod* מִשְׁבָּר *) à Radice* גָּלַל volvit, *eò quòd fluctus sit aqua conuoluta. Porro hæc vox* גַּל *crescens syllabâ recipit dagesch forte, sicut* עַז, *p. 210. 9. quia oritur ex Defectiuo Ayn.*

עָלַי) *Præpositio* עַל *cum affixo primæ personæ, pag. 237. 11.*

עָבְרוּ) *Tertia pluralis præteriti in Kal Perfectorum, sicut* מָסְרוּ, *p. 61.16. nisi quòd hîc soph pasuc mutet scheua in camets, p. 271.10.*

Versus V.

Et ego dixi, sum expulsus à conspectu oculorũ tuorũ:

וַאֲנִי אָמַרְתִּי נִגְרַשְׁתִּי מִנֶּגֶד עֵינֶיךָ

Veruntamen addam aspicere ad templum

אַךְ אוֹסִיף לְהַבִּיט אֶל־הֵיכַל

sanctitatis suæ.

קָדְשֶׁךָ׃

וַאֲנִי) ו *cum patach, quia est ante* ־:, *p. 243.6. De* אֲנִי *versu nono, cap. I.*

אָמַרְתִּי) *Secunda persona præteriti in Kal sicut* מָסַרְתִּי, *p. 61.14. à Quiescente Pe Aleph* אָמַר dixit, *p. 93.22.*

נִגְרַשְׁתִּי) *Prima præteriti in Niphal perfectorum, ut* נִמְסַרְתִּי, *p. 72.9. à verbo & Radice* גָּרַשׁ expulit.

מִנֶּגֶד) נֶגֶד *Præpositio*, coràm, ante, *p. 183.19. Cum seruili* מ *significat* à conspectu.

עֵינֶיךָ) עֵינַיִם *Duale cum affixo secundæ personæ, à singulari* עַיִן oculus, *de quo in tabula Imperfectorum, p. 214.18.*

אַךְ) *Coniunctio, p. 184.7.*

אוֹסִיף) *Verbum* יָסַף *ex Quiescentibus Pe Iod, facit in praterito Hiphil* הוֹסִיף. *In futuro verò* יוֹסִיף *sicut* יוֹשִׁיב, *pag. 101. 22. Vnde hac prima persona. Porrò in Hiphil idem significat quod in Kal, nimirum* addere, iterare. *Idcirco per Aduerbium* iterum *rectè explicatur,* Addam aspicere, *id est,* iterum aspiciam.

לְהַבִּיט) *Gerundium in Hiphil Defectiuorum Pe Nun, sicut* לְהַשִּׁיר, *p. 144. 11. à* נָבַט *cuius usus in Hiphil frequens est.*

הֵיכַל) *In regimine singulari, cuius absolutum est* הֵיכָל templum. *Tsere in hac voce semper manet. Radix est* הכל:

קָדְשֶׁךָ:) *Substantiuum* קֹדֶשׁ *cum affixo secunda persona, p. 199. 6. nisi quod hic soph pasuc schena mutet in segol, p. 271. 14. Ponitur substantiuum pro adiectiuo,* Templum sanctitatis tuæ, *id est,* templum sanctum tuum, pag. 309. 11.

Versus VI.

abyssus : animam ad usque aqua me Circumdederunt

אֲפָפוּנִי מַיִם עַד־נֶפֶשׁ תְּהוֹם

meo capiti implicata alga : me circumdedit

יְסֹבְבֵנִי סוּף חָבוּשׁ לְרֹאשִׁי:

אֲפָפוּנִי) *Præteritum* אָפַף circumdedit, *in Kal facit plurale* אָֽפְפוּ, *cum affixo* אֲפָפוּנִי *sicut* מְסָרוּנִי *p. 223. 16.*

מַיִם) *Nomen terminationem tantùm Dualem habens, p. 32. 14. Radix est* מיה.

עַד־) *Aduerbium, vel si mauis, præpositio* נֶפֶשׁ *versu 14. Cap. 1.*

תְּהוֹם) *Nomen terminationis masculinæ habens plurale fœm.* תְּהוֹמוֹת *à Radice* תהם.

סוּף) *Nomen, (à Radice* סוּף finire,) *etiam* mare *significans, eò quod algis abundet. Vnde noster interpres:* Pelagus operuit caput meum, *& Chal. paraph.* mare carectosum suspensum est capiti meo.

חָבוּשׁ) *Paul in Kal perfectorum sicut* מָסוּר *p. 62. 3. à præterito & Radice* חָבַשׁ implicauit, alligauit.

לְרֹאשִׁי׃) *Nomen* רֹאשׁ *cum articulo Datiui & affixo primæ personæ, de cuius plurali vide, p. 206. 17.*

Versus VII.

me super eius vectes terra, descendi montium fines Ad

לְקִצְבֵי הָרִים יָרַדְתִּי הָאָרֶץ בְּרִחֶיהָ בַעֲדִי

in

meam vitam fouea è fecisti ascendere & aeternum in

לְעוֹלָם וַתַּעַל מִשַּׁחַת חַיַּי

meus Deus Domine

יְהוָה אֱלֹהָי

לְקִצְבֵי) ל *hoc loco significat* Ad. קִצְבֵי *in regimine plurali, cuius absolutum est* קְצָבִים *à singulari* קֶצֶב excisio, finis, *ex forma* קֶרֶד *p. 196. 5. Radix est* קָצַב excidit, præfiniuit.

הָרִים) *Plurale, à singulari* הַר Mons. *Radix est* חרר.

יָרַדְתִּי) *Secunda persona præteriti* יָרַד *in Kal.* descendit, *sicut* מָסַרְתִּי *p. 61. 14.*

הָאָרֶץ) *Ad verbum*, Terra vectes eius, *pro*, vectes terræ *pag. 315. 18. sensus est*, magnæ rupes fortesq; impositæ erant mihi, quas rumpere non poteram, vt iterum supra aquas erigerer.

בְּרִיחֶיהָ) *Plurale* בְּרִיחִים *cum affixo fæm. (nam* אֶרֶץ, *ad quod affixum refertur, hîc etiam generis fæm. est) sicut* תַּלְמִידֶיהָ *p. 35. 13. à singulari* בְּרִיחַ vectis. *Radix est* בָּרַח fugit.

בַּעֲדִי) *Præpositio* בְּעַד *cum affixo prima persona p. 236. 17.*

לְעוֹלָם) ל *significat* in, *p. 245. 14.* עוֹלָם *substantiuum, à Radice* עָלַם latere.

תַּעַל) עָלָה ascendit, *verbum Quiescens Lamed He, habet in futuro Hiphil* יַעֲלֶה faciet ascendere, תַּעֲלֶה facies ascendere. *Ex hoc igitur, abiecto* ה *fit* תַּעַל, *p. 125. 15. Cui deinde conuersiuum* ו *significationem præteriti attribuit, p. 244. 13.*

שַׁחַת) *Nomen à Radice* שָׁחָה humiliauit, incuruauit, *vel* שָׁחַת perdidit, corrupit.

חַיַּי) *Plurale* חַיִּים *de quo p. 32. 15. cum affixo primæ personæ à* חַי *vel* חָיָה vixit.

אֱלֹהָי) *Plurale* אֱלֹהִים *de quo p. 379. 5. cum affixo primæ personæ, sicut* תַּלְמִידַי, *p. 51. 19. nisi quod Soph pasuc mutet* ־ *in* ־ *p. 271. 7.*

Versus VIII.

In deficiendo in me animam meam Domini
בְּהִתְעַטֵּף עָלַי נַפְשִׁי אֶת־יְהוָה

recordatus sum: & veniet ad te oratio mea ad templũ
זָכָרְתִּי וַתָּבוֹא אֵלֶיךָ תְּפִלָּתִי אֶל־הֵיכַל

sanctitatis tuæ.
קָדְשֶׁךָ׃

בְּהִתְעַטֵּף) *Gerundium in Hithpaël perfectorũ, p. 88. 25. Abijce seruile* בְּ, *& habebis præteritum. Radix est* עָטַף *in Kal,* operuit, afflictionibus affectus est, *&* quasi obrutus. *Sumitur enim etiam intransitiuè.*

נַפְשִׁי) *Nomen* נֶפֶשׁ *de quo versu 14. c. 1. cum affixo primæ personæ, sicut* מַלְכִּי *p. 195. 13.*

זָכַרְתִּי) *Prima persona Præteriti & Radicis* זָכַר recordatus est, *in Kal perfectorum sicut* מָסַרְתִּי *p. 61. 14.*

תָּבוֹא) *Futurum fœm. tertiæ personæ in Kal à verbo* בּוֹא venire, *de quo pag. 114. 18.*

אֵלֶיךָ) *Præpositio* אֶל *cum affixo secundæ personæ, p. 235. 21. De duplicato accentu Pasta diximus pag. 270. 11. ob quem etiam sequens* ת *habere dagesch potest, quo aliàs hic careret, cum præcedat* ה *virtute contentum in ultimo* ־.

תְּפִלָּתִי) *Nomen fœm.* תְּפִלָּה *cum affixo primæ personæ, sicut* תּוֹרָתִי *p. 52. 6.*

Versus IX. X. & XI.

suam misericordiam , falsitatis Vanitates Custodientes

מְשַׁמְּרִים הַבְלֵי-שָׁוְא חַסְדָּם

, tibi immolabo confessionis Voce in antẽ Ego , derelinquẽt

יַעֲזֹבוּ׃ וַאֲנִי בְּקוֹל תּוֹדָה אֶזְבְּחָה-לָּךְ

dixit & Domino salute (pro) reddam Vovi quod

אֲשֶׁר נָדַרְתִּי אֲשַׁלֵּמָה יְשׁוּעָתָה לַיהוָה׃ וַיֹּאמֶר

aridam in Ionam evomuit & , pisci Dominus

יְהוָה לַדָּג וַיָּקֵא אֶת-יוֹנָה אֶל-הַיַּבָּשָׁה׃

מְשַׁמְּרִים) *Benoni plurale in Piel perfectorum,*

instar מְבַשְּׂרִים, *p. 76. 9. cuius singulare* מְשַׁמֵּר *& præteritũ, (licet nõ extet)* שִׁמֵּר. *Radix est* שָׁמַר custodiuit *in Kal; significatio tamen illius in Piel intensior esse debet, nimirum* magna cum diligentia custodire, vel obseruare.

הַבְלֵי) *Vox in regimine plurale sicut* מַלְכֵי, *p. 195. 15. Cuius absolutum est* הֲבָלִים *à singulari & radice sex punctorum* הֶבֶל vanitas, *id est*, quod non est quidpiam, *aut* quod citò desinit, vt flatus, qui exit ab ore. *Sæpè etiam pro idolis Gentium accipitur.*

שָׁוְא) *Nomen substantiuum reperitur in* שָׁוָה *æ*quauit.

חַסְדָּם) חֶסֶד *Nomen cum affixo tertiæ personæ, sicut* מַלְכָּם *p. 195. 21.*

יַעֲזֹבוּ) *Futurum plurale in Kal perfectorum, cuius singulare* יַעֲזֹב *à præterito & Radice* עָזַב dereliquit. *Porro soph pasuc mutat schева in cholem, nam aliàs dicendũ esset* יַעַזְבוּ, *p. 271. 12.*

בְּקוֹל) ב *seruile cum dagesch leni, quia præcedit distinguens Reuia, p. 268. 7.* קוֹל vox, *nomen est, & ipsa Radix.*

תּוֹדָה) *Nomen instar* תּוֹרָה, *p. 36. 2. Radix est* יָדָה proiecit. *In Hiphil* הוֹדָה confessus est, gratias egit, *&c.*

אשלמה

אֶזְבְּחָה־) *Verbum* זָבַח immolauit, sacrificauit, *in tertia persona futuri* τῶ *Kal habet* יִזְבַּח. *In* 1. *pers.* אֶזְבַּח (בַ *cum patach, quia tertia Radicis est* ח, *p.* 66.21. *& cum dagesch leni propter praecedens schewa quiescens, p.* 29.19.) *cum* ה *paragogico,* אֶזְבְּחָה. *Caret accentu Grammatico propter Maccaph. Cur autem sequens* ל *habeat dagesch, vide p.* 23.5.

נָדַרְתִּי) *Prima persona praeteriti* נָדַר vovit, *in Kal, sicut* מָסַרְתִּי, *p.* 61.14.

אֲשַׁלֵּמָה) *Verbum* שָׁלַם pacificauit, reddidit, *&c. in praeterito Piel perfectorum habet* שִׁלֵּם reddidit: *in tertia persona futuri* יְשַׁלֵּם *in prima* אֲשַׁלֵּם *sicut* אֲמַסֵּר, *p.* 76.20. *Cum* ה *paragogico* אֲשַׁלֵּמָה *sed accentus Athnach mutat hic schewa in tsere, p.* 271.11.

יְשׁוּעָתָה) *Nomen substantiuum fœm. à Radice* ישע. *Caeterùm hic subintelligenda est propositio* תַּחַת pro, *ut sit sensus:* Quod vovi reddam Domino, pro salute, *id est*, liberatione mea.

לַיהוָה) ל *habet patach sequente dagesch post expulsum* ה, *p.* 247.7.

יָקֵא) *Futurum in Hiphil Quiescentium Ajin Vau, à Radice* קוֹא vomere, *quod coniugatur, sicut*

fecit. קוא *sed tantùm in Hiphil, p. 114. 5. Cætera accipit à* קָאָה *eiusdem significationis.*

CAPVT III.

Versus I. & II.

dicendo secundò Ionam ad Domini verbū est factum Et

וַיְהִי דְבַר־יְהוָה אֶל־יוֹנָה שֵׁנִית לֵאמֹר׃

prædica &, magnam ciuitatē Niniuem ad vade Surge

קוּם לֵךְ אֶל־נִינְוֵה הָעִיר הַגְּדוֹלָה וּקְרָא

te. ad loquens ego quam, prædicationem ea in

אֵלֶיהָ אֶת־הַקְּרִיאָה אֲשֶׁר אָנֹכִי דֹּבֵר אֵלֶיךָ׃

שֵׁנִית) *Aduerbium ordinis, p. 181. 24.*

אֵלֶיהָ) *Præpositio* אֶל *cum affixo fœm. tertiæ personæ, p. 235. 19.*

קְרִיאָה) *Nomen à verbo & Radice* קָרָא prædicauit, *&c.*

דֹּבֵר) *Benoni in Kal perfectorum à præterito* דָּבַר locutus est; *in coniugatione Piel frequentissimè usurpatur.* Ego loquens, *pro* loquor, *p. 65. 4.*

אֵלֶיךָ׃) *Præpositio* אֶל *cum affixo secundæ personæ, p. 235. 21. Reliqua suprà.*

Versus III.

Et

Verbum secundum Niniuen in iuit & Ionas surrexit Et

וַיָּקָם יוֹנָה וַיֵּלֶךְ אֶל--נִינְוֵה כִּדְבַר

,Dei magna ciuitas erat Niniue & :Domini

יְהוָה וְנִינְוֵה הָיְתָה עִיר--גְּדוֹלָה לֵאלֹהִים

.dierum trium itinere

מַהֲלַךְ שְׁלֹשֶׁת יָמִים׃

וַיֵּלֶךְ) *à verbo* הָלַךְ ambulauit, *(de quo versu secundo cap. 1.) fit futurum in Kal* יֵלֵךְ, *sicut* יֵשֵׁב *p. 98. 4. Propter accentum verò mutatur tsere in segol, accentu retracto, p. 99. 5.*

כִּדְבַר) כ *seruile cum regimine singulari à* דָּבָר verbum, *p. 189. 19.*

לֵאלֹהִים) *Ita seruile* ל *coniungitur cum* אֱלֹהִים *p. 248. 14. sed* לֵאלֹהִים *ponitur hoc loco pro* לִפְנֵי אֱלֹהִים coram Deo. *Nec displicet hanc vocem isto loco explicari pro* valde, *secundum regulam, pag. 312. assignatam.*

מַהֲלַךְ) *Absolutum* מַהֲלָךְ *præter normam ita in regimine ponitur, cùm aliàs tsere in similibus maneat. Radix est* הָלַךְ.

שְׁלֹשֶׁת) *Nomen ordinale mascul. in regimine, p. 285. 14.*

Versus IV.

,unius diei itinere, ciuitatem in introire Ionas cœpit Et

וַיָּחֶל יוֹנָה לָבוֹא בָעִיר מַהֲלַךְ יוֹם אֶחָד

& cla-

Niniue &, dies quadraginta adhuc: dixit & clamauit &

וַיִּקְרָא וַיֹּאמַר עוֹד אַרְבָּעִים יוֹם וְנִינְוֵה

(erit). subuersa

נֶהְפָּכֶת׃

יָּחֶל) *Futurum in Hiphil Defectiuorum Aijn, ut* יָגֵל, *p. 152. 20. nisi quod additum* ו *conuersiuum mutet tsere in segol, p. 154. 2. Præteritum est* הֵחֵל cœpit, *quam significationem per totum Hiphil plerunque retinet. Radix verò* חָלַל *in Kal*, vim passus, prophanatus est, *&c.*

בְּעִיר) ב *cum* ־ *quia hoc punctum erat expulsi* ה. *Ponitur enim pro* בְּהָעִיר, *p. 247. 6.*

יוֹם) *Nomen, cuius formam & affixa habes, p. 213. 17.*

אֶחָד) *Masculinum Numeri Cardinalis, p. 287. 3.*

יִקְרָא) *Futurum in Kal Quiescentium Lamed Aleph, p. 117. 20. eius Radix, & præteritum est* קָרָא *de quo versu 2. cap. 1.*

יֹאמַר) *Futurum est in Kal (in quo etiam cum distinguente, &* ו *conuersiuo manet patach) à verbo* אָמַר *quod habes, p. 95. 22.*

עוֹד) *Aduerbium temporis, p. 181. 6.*

אַרְבָּעִים) *Numeri Cardinalis, p. 286. 12.*

נֶהְפָּכֶת) *Benoni fœm. ex Niphil perfectorum,*

ut נִמְקֶרֶת *p.72. 12.* ב *cum* ׃ *propter primam gutturalem.* ב *cum dagesch leni, quia praecedit scheua quiescens. Sub eodem* ב, *soph pasuc mutat segol in camets, p. 271. 7.*

Versus V.

praedicarunt &, Deum in Niniue viri crediderunt Et

וַיַּאֲמִינוּ אַנְשֵׁי נִינְוֵה בֵּאלֹהִים וַיִּקְרְאוּ־

ad usque &, eorum magno à saccos induerunt &, ieiuniū

צוֹם וַיִּלְבְּשׁוּ שַׂקִּים מִגְּדוֹלָם וְעַד־

eorum paruum.

קְטַנָּם׃

וַיַּאֲמִינוּ) *Futurum plurale in Hiphil, cuius singulare* יַאֲמִין, *sicut* יַאֲמִיר, *p. 96. 19. Praeteritum verò* הֶאֱמִין credidit, *ut* הֶאֱמִיר. *Et in hac significatione & coniugatione ferè construitur cum* ב, *ut hoc loco* בֵּאלֹהִים.

אַנְשֵׁי) *In regimine plurali, cuius absolutum* אֲנָשִׁים viri, *vel* homines, (*de quo versu 4.*) *à singulari* אֱנוֹשׁ homo.

בֵּאלֹהִים) *Ita seruile* ב *cum hoc nomine punctatur, p. 248. 14. Accentus autem Tarcha regius praecedentis vocabuli, facit, ut idem* ב *possit habere dagesch lene, p. 268. 6.*

יִּקְרְאוּ) *versu 14. cap. 1.*

צוֹם

צוֹם) *Nomen à verbo, & Radice* צוּם ieiunare.

יִלְבְּשׁוּ) *Futurum plurale in Kal perfectorum, ut* יִמְסְרוּ, *p. 62. 11. singulare* יִלְבַּשׁ *cum patach. Præteritum & Radix est* לָבַשׁ *vel* לָבֵשׁ *in Kal,* induit, veſtiuit.

שַׂקִּים) *Plurale, à singulari* שַׂק ſaccus, *in omni ferè lingua: sed in sacra plerumq; significat asperius indumenti genus, agendæ pœnitentiæ accommodatum.*

מִגְּדוֹלָם) ם *seruile cum punctatione, p. 37. 19. De hoc nomine versu 2. cap. 1. Habet affixum tertiæ personæ, sicut* דְּבָרָם *p. 190. 8.*

עַד־) *Aduerbium, p. 181. 6.*

קְטַנָּם) *Singulare adiectiuum masculinum* קָטָן paruus, *cum affixo item tertiæ personæ. Præter normam aliorum, duplex camets habentium, mutat posterius camets in patach sequente dagesch, pag. 191. 16.*

Versus VI.

surrexit & , Niniue Regem ad Verbum peruenit &

וַיִּגַּע הַדָּבָר אֶל־מֶלֶךְ נִינְוֵה וַיָּקָם

se à suam magnificam Vestem amouit & , suo solio de

מִכִּסְאוֹ וַיַּעֲבֵר אַדַּרְתּוֹ מֵעָלָיו

. cinerem super sedit & , sacco se operuit &

וַיְכַס שַׂק וַיֵּשֶׁב עַל־הָאֵפֶר׃

יִגַּע) *Futurum in Kal Defectiuorum Pe Nun, sicut* יִשַּׁל *p. 141. 7. à Radice* נָגַע peruenit, tetigit, *&c.*

מֶלֶךְ) *huius formam habes, p. 195. 13.*

כִּסְאוֹ) *Nomen* כִּסֵּא solium, *cum affixo tertiæ personæ, cætera, p. 214. 2.*

יַעֲבִר) *Futurum in Hiphil perfectorum. nam ultima syllaba etiam tsere recipit, p. 84. 19. Præteritum illius est* הֶעֱבִיר transire fecit, transtulit, amouit, *&c. pro loci sensu: scheua compositum ponitur pro simplici propter gutturalem. Radix est* עָבַר *in Kal,* transiuit, transgressus est.

אַדַּרְתּוֹ) *fœm.* אַדֶּרֶת vestis magnifica, *cum affixo tertiæ personæ, sicut* אַגַּרְתּוֹ*, p. 204. 19. nam patach ubique manet. Plurali caret, p. 205. 1.*

מֵעָלָיו) *Præpositio* מֵעַל *cum affixo tertiæ personæ. Recipit enim affixa, sicut simplex* עַל*, p. 237. 5. vide versum 5. cap. 1.*

וַיְכַס) ו *Conuersiuum cum suo patach. Sed dagesch ex Iod scheuato excidit, p. 244. 14.*

יְכַס) *Verbum Quiescens Lamed* ה. כָּסָה texit, *in futuro Piel facit* יְכַסֶּה *sicut* יְקַנֶּה*, & abiecto* ה*,* יְכַס*, p. 129. 6.*

יָשַׁב) יָשַׁב sedit *in futuro Kal habet* יֵשֵׁב*, p. 98. 4.*

sed propter ו *conuersiuum*, יָשׁב, *p.* 99. 5.

אֵפֶר) *Nomen quinque punctorum sicut* סֵפֶר, *p.* 192. 15.

Versus VII.

Regis decreto ex Niniue in dixit & fecit proclamare Et

וַיַּזְעֵק וַיֹּאמֶר בְּנִינְוֵה מִטַּעַם הַמֶּלֶךְ

bos & bestia & homo : dicendo eius magnatum &

וּגְדֹלָיו לֵאמֹר הָאָדָם וְהַבְּהֵמָה הַבָּקָר

aquam & pascatur ne quicquam gustent ne pecus &

וְהַצֹּאן אַל־יִטְעֲמוּ מְאוּמָה אַל־יִרְעוּ וּמַיִם

bibant ne.

אַל־יִשְׁתּוּ׃

וַיַּזְעֵק) *Futurum in Hiphil perfectorum sicut* יַפְקִיד *vel* יַזְכִּיר (*utraque enim punctatio usitata est*) *p.* 83. 14. *Præteritum est* הִזְעִיק fecit [iussit] clamare, *vel* proclamare, *à Radice* זָעַק clamauit.

טַעַם) *Nomen : propriè* gustus. *Accipitur tamen etiam pro alijs, ut hic pro* edicto. *Radix est* טָעַם gustauit.

הַמֶּלֶךְ) ה *hic articulum genitiui refert, p.* 37. 13.

גְּדֹלָיו) גְּדוֹלִים magni, magnates, *pluralе adiectiuum* [*à* גָּדוֹל magnus] *substantiuè positum. Radix est* גָּדַל magnus fuit, creuit.

בְּהֵמָה] Animal, iumentum *generale nomen, cuius formam habes, p. 203. 11. Radix* בהם.

צֹאן] *Commune nomen minutorum animaliũ, ut* ouium, caprarum, *&c. Porro hæc quatuor nomina* אָדָם, בְּהֵמָה, בָּקָר, צֹאן, *hîc in singulari pluraliter accipiuntur more collectiuorum,* turba, populus, *&c.*

יִטְעֲמוּ] *Futurum plurale in Kal perfectorum sicut* יִפְקְדוּ *p. 62. 11. Nisi quod gutturalis* ע *habeat scheua compositum, p. 14. 23. cuius singulare* יִטְעַם gustabit, *à præterito & Radice* טָעַם *de quapaulò antè.*

מְאוּמָה) *Est vox Milel Radicem habens* מאם.

יִרְעוּ) *Futurum plurale in Kal Quiescentium Lamed He (ut* יִקְנוּ *p. 123. 22.) cuius singulare* יִרְעֶה. *Præteritum & Radix* רָעָה pauit sese, *vel* alia.

מַיִם) *Nomen terminationem habens dualem, p. 32. 14.*

יִשְׁתּוּ:) *Futurum plurale in Kal Quiescentium Lamed He, ut* יִקְנוּ *p. 123. 22.* (ת *cum dagesch leni, quia præcedit scheua quiescens, p. 20. 19.) cuius singulare* יִשְׁתֶּה *à præterito & Radice* שָׁתָה bibit. *Hebræi cùm tertia Imperatiui persona*

careant, loco illius adhibent tertiam futuri, ut in יֵרֵעַ יִשָּׁתוּ *& alijs proximè sequentibus videre est.*

Versus VIII.

clament & ,bestia & homo ,saccis se operiant Et

וְיִתְכַּסּוּ שַׂקִּים הָאָדָם וְהַבְּהֵמָה וְיִקְרְאוּ

unusquisque conuertantur & ,fortitudine in Deum ad

אֶל־אֱלֹהִים בְּחָזְקָה וְיָשֻׁבוּ אִישׁ

earum manibus in quæ ,iniquitate ab & ,mala sua via à

מִדַּרְכּוֹ הָרָעָה וּמִן־הֶחָמָס אֲשֶׁר בְּכַפֵּיהֶם׃

יִתְכַּסּוּ) *Futurum plurale in Hithpael Quiescentium Lamed He, sicut* יִתְקַנּוּ, *p. 134. 8. Cuius singulare est* יִתְכַּסֶּה *à præterito* הִתְכַּסָּה opeｒuit seipsum. *Radix est* כָּסָה *in Kal* operuit.

חָזְקָה *Substantiuum fœm. Radix est* חָזַק *in Kal,* roborauit.

יָשֻׁבוּ) *Futurum plurale in Kal Quiescentium Ayn Vau (cum Kibbuts loco schurec, quia hæc duo puncta facile inter se commutantur) cuius singulare est* יָשׁוּב *sicut* יְשׁוּבֵם, *p. 105. 12. Radix est* שׁוּב conuerti, redire, *&c.*

דַּרְכּוֹ) דֶּרֶךְ via, mos, ἐπιτήδευμα, *&c. cum affixo tertiæ personæ (hic vim Reciproci habente) sicut* מַלְכּוֹ *p. 195. 20. Fœmininum est, ut ex adiectiuo sequente colligitur, licet terminationem*

mascu-

masculinam habeat. Verbum דָּרַךְ *in Kal,* calcauit, incessit.

רָעָה) *Adiectiuum fœm. vide versum 2. cap. 1.*

מִן־) *Præpositio integra, pro qua sæpius ponitur* מ *sequente Dagesch, p. 37. 19.*

הֶחָמָס) ה *articulus, cum segol sicut in* הֶעָצֶן *p. 141. 24.* חָמָס iniquitas, violentia, *&c. sicut* דָּבָר *p. 189. 18. à Radice* חָמַס rapuit, vim intulit, &c.

כַּפֵּיהֶם) *Duale* כַּפַּיִם *cum affixo plurali tertiæ personæ. Singulare est* כַּף vola, *vel* palma, manus: *immo* tota manus, *posita parte pro toto. Quando crescit syllabis, requirit dagesch forte, p. 210. 10. quia descendit ex Radice duplicante Ayn* כָּפַף.

Versus IX.

,Deum pœniteat & conuertatur (an) ,scit 'Quis

מִי־יוֹדֵעַ יָשׁוּב וְנִחַם הָאֱלֹהִים

pereamus non & ,sui furoris ira ab auertatur &

וְשָׁב מֵחֲרוֹן אַפּוֹ וְלֹא נֹאבֵד

יוֹדֵעַ (*Benoni in Kal (sicut* מוֹקֵר, *p. 61. 21.) per quod hîc verbum præsens exprimitur, p. 65. 2.*

יָשׁוּב) Conuertetur. *Desiderat hîc sensus particulam* אִם an, si, *quam noster interpres rectè expres-*

expreßit; Quis scit si conuertatur, *&c. vide versum præcedentem in voce* יָשֻׁבוּ.

נִחָם) *Præteritum in Niphal Defectiuorum Pe Nun, ut* נִשַּׂל. *vide pag.* 143. 2. *Cæterùm* ו *conuersiuum facit, ut hoc & sequens præteritum per futurum explicetur, quia præcedit aliud futurum* יָשׁוּב. *Radix est* נחם, *quæ præterea in Piel & Hithpaël reperitur. vide Lexicon.*

וְשָׁב) שָׁב *præteritum (propter* ו *significationem habens futuri) in Kal Quiescentium Ajn* ו, *sicut* שָׁם, *p.* 105. 4. *à Radice* שׁוּב.

מֵחֲרוֹן) מ *præpositio, cum tsere, quia sequens litera non recipit dagesch p.* 37. 22.

חֲרוֹן) *in regimine singulari, cuius absolutum est* חָרוֹן ira, *à Radice* חָרָה *in Kal*, iratus est.

אַפּוֹ) *Nomen* אַף *significans* nasum, faciem, *item* iram, *quòd ea ibi conspiciatur, cum affixo tertiæ personæ. Duale* אַפַּיִם facies, iræ. *Cum monosyllabum esse desinit, accipit ubique dagesch forte. Radix est* אָנַף iratus fuit, *&c. cum defectu Nun, ut etiam de* בַּת *dictum p.* 212. 12.

נֹאבֵד) *Hanc vocem habes versu* 6. *cap.* 1.

Versus X.

sunt conuersi quia ,eorum opera Deus Vidit Et

וַיַּרְא הָאֱלֹהִים אֶת-מַעֲשֵׂיהֶם כִּי-שָׁבוּ

malo super Deum pœnituit & : mala sua via à

מִדַּרְכָּם הָרָעָה וַיִּנָּחֶם הָאֱלֹהִים עַל-הָרָעָה

fecit non & .eis faciendum ad locutus fuerat quod

אֲשֶׁר-דִּבֶּר לַעֲשׂוֹת-לָהֶם וְלֹא עָשָׂהוּ

יַרְא) *Futurum anomalum in Kal Quiescentium Lamed He pro* יִרְאֶה, *p. 126. 3. ubi hanc ipsam vocem habes. Radix est* רָאָה vidit.

מַעֲשֵׂיהֶם) *Plurale* מַעֲשִׂים *cum affixo tertiæ personæ, ut* מִקְנֵיהֶם, *p. 208. 10. singulare est* מַעֲשֶׂה opus *à Radice* עָשָׂה *in Kal* fecit.

שָׁבוּ) *Plurale præteritum sicut* שָׁמוּ, *p. 105. 4. singulare* שָׁב *de quo versu præcedente.*

מִדַּרְכָּם) דֶּרֶךְ *cum affixo plurali tertiæ personæ, ut* מַלְכָּם. *vide versum 8. huius cap.*

וַיִּנָּחֶם) נִחַם *præteritum τῶ Niphal (de quo versu priore) habes in futuro* יִנָּחֵם *sicut* יִסָּפֵר, *p. 72. 16. sed retracto accentu mutatur tsere in segol, p. 74. 9.*

רָעָה) *hîc rursus substantiuè ponitur, ut versu secundo, cap. 1.*

דִּבֶּר) *Præteritum in Piel perfectorum cum segol loco tsere, p. 77. 2. à* דָּבַר *in Kal, eiusdem significationis.*

לַעֲשׂוֹת) *Gerundium in Kal Quiescentium Lamed He, sicut* לִקְנוֹת, *p. 124. 5. nisi quod* ע *gutturalis habeat scheua compositum, & consequenter* ל *patach, sicut* לַעֲמוֹד, *p. 69. 15.*

לָהֶם) *Datiuus pluralis pronominis tertiæ personæ. Nominatiuus singularis est* הוּא, *p. 48. 3.*

עָשָׂה) *vide versum 9. cap. 1.*

CAPVT IV.

Versus I.

ipsi fuit ira & ,magnâ displicentiâ Ionæ displicuit Et

וַיֵּרַע אֶל־יוֹנָה רָעָה גְדוֹלָה וַיִּחַר לוֹ׃

יֵרַע) *Futurum in Kal Quiescentium Pe Iod, p. 98. 24. à* יָרַע malum fuit, displicuit, *ad verbum,* malum fuit ad Ionam, *quod quia minùs Latinè dicitur, rectè noster Interpres* afflictus est Ionas afflictione magna. *Et Septuaginta: Καὶ ἐλυπήθη Ἰωνᾶς λύπην μεγάλην.*

יִחַר) *Verbum Quiescens Lamed He,* חָרָה iratus est, excanduit. *In futuro Kal habet* יֶחֱרֶה *sicut* יֶחֱזֶה, *p. 124. 20. & abiecto* ה, יִחַר, *p. 126. 11.*

Versus II.

Et

nōnè ,Domine obsecro ,dixit & Dominum ad orauit Et

וַיִּתְפַּלֵּל אֶל־יְהוָה וַיֹּאמַר אָנָּה יְהוָה הֲלוֹא־

Ideo .mea terra in existerem adhuc cum,meū verbū hoc

זֶה דְבָרִי עַד־הֱיוֹתִי עַל־אַדְמָתִי עַל־כֵּן

quòd sciui quia ,Tharsis in fugiendum ad praeoccupaui

קִדַּמְתִּי לִבְרֹחַ תַּרְשִׁישָׁה כִּי יָדַעְתִּי כִּי

ira (ab) longus ,misericors , & clemens Deus tu

אַתָּה אֵל־חַנּוּן וְרַחוּם אֶרֶךְ אַפַּיִם

.malum super pœnitens & ,misericordiâ multus &

וְרַב־חֶסֶד וְנִחָם עַל־הָרָעָה׃

וַיִּתְפַּלֵּל) *Vide versum secundum, cap. 2.*

אָנָּה) *de hoc dictum p. 395. 22.*

הֲלוֹא־) *Aduerbium interrogandi, p. 182. 22.*

זֶה) *Pronomen Demonstratiuum, p. 52. 16.*

דְבָרִי) דָּבָר *cum affixo primæ personæ, p. 190. 17.*

עַד־) *Aduerbium temporis, p. 118. 9.*

הֱיוֹתִי) *Infinitus ab* הָיָה fuit, *p. 135. 14. cum affixo primæ personæ. Notanda hæc phrasis elegans, quam reddidit noster interpres,* cùm adhuc essem. *Et LXX.* ἔτι ὄντος μου.

אַדְמָתִי) *Nomen* אֲדָמָה terra, *cum affixo primæ personæ, sicut* צִדְקָתִי, *p. 201. 3. In regimine singulari habet* אַדְמַת. *In absoluto plurali* אֲדָמוֹת. *In regimine* אַדְמוֹת.

עַל־כֵּן) *Hæ duæ voces coniunctæ (quarum*

 prior

prior est præpositio, posterior aduerbium similitudinis) Coniunctioni tribuuntur, cùm redduntur, Ideo, propterea, *p. 184. 13.*

קִדַּמְתִּי) *Prima personæ præteriti* קָדַם *in Piel, sicut* מִסַּרְתִּי, *p. 76. 5.*

לִבְרֹחַ) *Quære versu 3. cap. 1.*

יָדַעְתִּי) *Prima persona præteriti* יָדַע *in Kal, Perfectorum.*

אֵל) Devs, *à fortitudine (per Antonomasiam) sic appellatus. In singulari tantùm de Deo dicitur. In plurali* אֵלִים fortes. *Radix est* איל.

חַנּוּן) *Adiectiuum* benignus, *quasi* gratificũ dicas; *seu* propensum ad benefaciendum gratis. *Nascitur enim ex Radice* חָנַן, *quæ has significationes habet.*

רַחוּם) *Adiectiuum. Radix est* רָחַם *in Kal,* misertus est, amauit.

אֶרֶךְ אַפַּיִם) אֶרֶךְ *item adiectiuum, à Radice* אָרַךְ *in Kal,* prolongauit, distulit. אַפַּיִם *vox dualis, à singulari* אַף, *de qua versu nono, cap. 3. Vtrumque ergo vocabulum coniunctum respondet adiectiuo Græcorum* μακρόθυμος, *quasi dicas* longanimis, *id est,* tardus ad iram, *seu* pœnam & vindictam.

רַב) *De hoc egimus cap. 1. versu 6.*

חָסֵר) *Substantiuum sex punctorum sicut* קָלֵד *p. 195. 13.*

נִחָם) *Benoni ex Niphal sicut* נִשָּׂל, *p. 142. 17. de cuius præterito egimus cap. præcedenti versu nono.*

Versus III. & IV.

,me à meam animam quæso accipe ,Domine nunc Et

וְעַתָּה יְהוָה קַח־נָא אֶת־נַפְשִׁי מִמֶּנִּי

,Dominus dixit & .mea vita præ mea mors bona quia

כִּי טוֹב מוֹתִי מֵחַיָּי וַיֹּאמֶר יְהוָה

? tibi est ira bene num

הַהֵיטֵב חָרָה לָךְ׃

קַח־) *Imperatiuus in Kal verbi Defectiui* לָקַח accepit, *p. 146. 8.*

מִמֶּנִּי) *Ablatiuus Pronominis* אֲנִי, *p. 47. 11.*

טוֹב) *Adiectiuum masculinum. Fœm.* טוֹבָה *p. 42. 4. Radix* טוֹב *in Kal,* bonum esse.

מוֹתִי) *Affixum ab absoluto* מָוֶת, *pag. 206. 21.*

מֵחַיָּי) *Nomen plurale* חַיִּים vita, *p. 35. 15. cum affixo primæ personæ, sicut* תַּלְמִידַי, *p. 51. 19. nisi quòd soph pasuc mutat ultimum patach in cametz. Nã aliàs dicitur* חַיַּי. *Radix est* חַי *vel* חָיָה vixit מ *cum* ··, *quia sequens litera non recipit dagesch, p. 37. 21. Nota hîc Comparatiuum* bona est mors mea præ vita mea, *id est,* melior.

הֲהֵיטֵב) ה *Interrogatiuum, p. 242. 4.* הֵיטֵב *est præteritum hiphil per Enallagen aduerbij Loco positum, pro* bene, rectè, *à Radice* יָטַב bonum, gratum fuit.

חָרָה) *Præteritum & Radix, de qua versu 1. huius capitis.*

Versus V.

Oriente ab sedit & ,urbe ex Ionas est egressus Et

וַיֵּצֵא יוֹנָה מִן־הָעִיר וַיֵּשֶׁב מִקֶּדֶם

sedit & ,tabernaculum ibi sibi fecit & ,ciuitatis

לָעִיר וַיַּעַשׂ לוֹ שָׁם סֻכָּה וַיֵּשֶׁב

in futurū esset quid ; videret donec ,umbra in eo sub

תַּחְתֶּיהָ בַּצֵּל עַד אֲשֶׁר יִרְאֶה מַה־יִּהְיֶה

.ciuitate in

בָּעִיר׃

וַיֵּצֵא) *Futurum in Kal à verbo composito* יָצָא egressus est, *p. 162. 13.*

קֶדֶם) *Significat* prioritatem, *seu* loci, *seu* temporis. *hîc est* Oriens, *verbū* קָדַם *significat* præuenit, antecessit.

לָעִיר) ל *Hîc Genitiui articulus est, habetq;* ָ *quia est cum monosyllabo, p. 247. 24.*

וַיַּעַשׂ) *Verbum* עָשָׂה fecit, *ex Quiescentibus Lamed He, in futuro Kal* יַעֲשֶׂה *& abiecto* ה יַעַשׂ, *p. 125. 16.*

שָׁם) *Aduerbium loci, p. 180. 18.*

סֻכָּה) *Substantiuum, à* סָכַךְ operuit, texit.

תַּחְתֶּיהָ) *Præpositio* תַּחַת *cum affixo fœm. tertiæ personæ, p. 237. 16. Habet accentum Pasta, ideo sequens* ב *admittit dagesch lene, p. 268. 6.*

בַּצֵּל) ב *cum puncto expulsi* ה *p. 247. 6.*

צֵל) *Nomen à Radice* צלל.

עַד אֲשֶׁר) *Hæ duæ dictiones accipiuntur pro* donec.

יִרְאֶה) *Futurum in Kal Quiescentium Lamed He, sicut* יִקְנֶה, *p. 123. 22. à Radice* רָאָה vidit.

יִהְיֶה) *Futurū in Kal à verbo* הָיָה fuit, *p. 135. 14.*

בָּעִיר׃) ב *cum puncto expulsi* ה, *quod hoc loco esset* ָ, *quia sequens non recipit dagesch. Habet dagesch lene, quia præcedit tarcha, p. 268. 5.*

Versus VI.

super ascendit & ,hederā Deus Dominus præparauit Et

וַיְמַן יְהוָה-אֱלֹהִים קִיקָיוֹן וַיַּעַל מֵעַל

,eius caput super umbram existendum ad Ionam

לְיוֹנָה לִהְיוֹת צֵל עַל--רֹאשׁוֹ

Ionas est lætatus & : eius malo à illum eruendum ad

לְהַצִּיל לוֹ מֵרָעָתוֹ וַיִּשְׂמַח יוֹנָה

:magna lætitiâ hederâ super

עַל-הַקִּיקָיוֹן שִׂמְחָה גְדוֹלָה׃

וימן

וַיְמַן) *vide suprà. Hæc vox* hederæ *&* cucurbitæ *communis. Vnde hanc Græci, illam S. Hieronymus usurpauit.*

יַעַל) *Verbum* עָלָה ascendit, *(ex Quiescentibus Lamed He) in futuro Kal habet* יַעֲלֶה *sicut* יַעֲשֶׂה *p. 124. 22. & sine* ה, יַעַל *מֵעַל, p. 125. 15.*

לְיוֹנָה) ל *videtur superfluum, nisi præcedens vox* מֵעַל *ponatur aduerbialiter, &* לְיוֹנָה *per Datiuum commodi explicetur.*

לִהְיוֹת) *Gerundiũ in Kal à verbo* הָיָה, *p. 136. 15.*

צֵל) *Huius radix est* צלל.

רֹאשׁוֹ) *Nomen* רֹאשׁ caput, *cum affixo tertiæ personæ. Vide versum 6. cap. 2.*

לְהַצִּיל) *Gerundium in Hiphil Defectiuorum Pe Nun, sicut* לְהַשִּׁל, *p. 144. 11. Radix est* נצל *qua in Hiphil significat* eruere *&c.*

מֵרָעָתוֹ) *Vox* רָעָה *(de qua versu secundo, cap. 1.) cum* מ *seruili & affixo tertiæ personæ, sicut* תּוֹרָתוֹ, *p. 51. 24.*

וַיִּשְׂמַח) *Futurum in Kal perfectorum cum pathach propter tertiam radicalem* ח *sicut* יִפְתַּח, *p. 60. 21. Radix est* שָׂמַח lætatus est, *unde & sequens substantiuum* שִׂמְחָה lætitia, *nascitur.*

Versus

Versus VII.

auroram ascendendo in vermem Deus præparavit &

וַיְמַן הָאֱלֹהִים תּוֹלַעַת בַּעֲלוֹת הַשַּׁחַר

aruit &, hederam percussit & : crastino in

לַמָּחֳרָת וַתַּךְ אֶת־הַקִּיקָיוֹן וַיִּיבָשׁ

תּוֹלַעַת) *Nomen fœm. à Radice* תלע.

בַּעֲלוֹת) *Gerundium in Kal Quiescentium Lamed He, instar* בְּקְנוֹת, *p. 124. 5. nisi quod ob* ע *gutturalem punctatio sit, uti in* לַעֲמוֹד, *p. 69. 15.*

שַׁחַר) *Nomen à Radice* שָׁחַר nigruit, *in Piel significat* diluculauit, *significatione quasi contraria.*

לַמָּחֳרָת) ל *habet punctum expulsi* ה, *p. 247. 6.* מָחֳרָת nomen, *idem significans quod radix ipsius* מָחָר cras, *p. 181. 4.*

תַּךְ) *Futurum fœm. sine* ה *radicali in Hiphil, sicut* תֵּט *vel* יֵט *pro* תַּכֶּה, *p. 172. 26. à verbo composito & in Hiphil usitatissimo* נכה percussit:

יִיבָשׁ) *Futurum in Kal Quiescentium Pe Iod, sicut* יִירַשׁ, *p. 98. 15. nisi quod soph pasuc hic mutet patach in camets. illius Radix est* יָבֵשׁ aruit.

Versus VIII.

Deus præparavit &, solem oriri iuxta est factum &

וַיְהִי כִּזְרֹחַ הַשֶּׁמֶשׁ וַיְמַן אֱלֹהִים

ventum

super Sol percussit & ,vehementē orientalem ventum

רוּחַ קָדִים חֲרִישִׁית וַתַּךְ הַשֶּׁמֶשׁ עַל־

mori suam animam petijt & æstuauit vel Ionæ caput

רֹאשׁ יוֹנָה וַיִּתְעַלָּף וַיִּשְׁאַל אֶת־נַפְשׁוֹ לָמוּת

mea vita præ mea mors bona ,dixit &

וַיֹּאמֶר טוֹב מוֹתִי מֵחַיָּי׃

וַיְהִי) *Habet accentum Pesic, vel ut alij vocant, legarme. Idcirco sequentis vocis prima litera* כ *recipit dagesch lene, licet præcedat litera* י *quiescens. vide c. 1. v. 1.*

כִּזְרֹחַ) *Gerundium, sicut* לִבְרֹחַ *v. c. 1. Radix ipsius* זָרַח ortus est.

שֶׁמֶשׁ) Sol *modò mascul. modò fœm. Recipit affixa sicut* בֶּגֶד*, p. 196. 5.*

קָדִים) *Nomen venti, qui flat ab Oriente, cui plerunque vox* רוּחַ *quasi declarationis gratia, addi solet. Radix est* קדם.

חֲרִישִׁית) *Adiectiuum fœm. (respiciens vocem* רוּחַ *de qua versu 4. c. 1.) Cuius masculinum non extat, formari tamen potest* חֲרִישִׁי *nisi illud substantiuum esse malis. Radix est* חָרַשׁ tacuit, obsurduit, *rectè explicatur* vehemens [*ventus*] vrens, intensus, *&c. quo flante homines efficiuntur veluti surdi.*

ראש

רָאשׁ) *Ipsa radix, cuius plurale reperies, p. 206. 17.*

וְיִתְעַלָּף) *Futurum in Hithpaël perfectorum sicut* יִתְמַסֵּר *p. 88. 15. Nam ultima syllaba etiam patach admittit, p. 89. 4. quod hîc ob Athnach transijt in camets. Præteritum est* הִתְעַלֵּף *propriè significat se* texit, inuoluit. *Ad animum si referatur,* mæstitia obductus, *vel* conturbatus est, *quod noster per* æstuauit *exposuit. Radix est* עלף, *quæ in Pual eandem significationem habet.*

וַיִּשְׁאַל) *Futurum cum patach in Kal perfectorũ, à Radice* שָׁאַל petijt, postulauit, *&c.*

אֶת־נַפְשׁוֹ) אֶת *hîc pro* לְ *Datiui casus accipi videtur; quod quandoque fieri diximus, p. 37. 16.*

לָמוּת) *Gerundium in Kal Quiescentium Ayn Vau, sicut* לָקוּם, *p. 105. 20. à verbo* מוּת mori *cuius præteritum* מֵת, *p. 106. 4.*

Versus IX.

tibi ira est bene num, Ionam ad Deus dixit Et

וַיֹּאמֶר אֱלֹהִים אֶל־יוֹנָה הַהֵיטֵב חָרָה־לְךָ

.mortem ad usq; mihi ira est bene, dixit & ?hederã super

עַל־הַקִּיקָיוֹן וַיֹּאמֶר הֵיטֵב חָרָה־לִי עַד־מָוֶת׃

חָרָה־לְךָ) *Accentus in* חָרָה *non est Grammaticus, sed Metheg.*

Versus X.

qua ,hederam propter doluisti tu ,Dominus dixit Et

וַיֹּאמֶר יְהוָה אַתָּה חַסְתָּ עַל-הַקִּיקָיוֹן אֲשֶׁר

,eam crescere fecisti non & ,ea in laborasti non

לֹא-עָמַלְתָּ בּוֹ וְלֹא גִדַּלְתּוֹ

perijt noctis ,filia & fuit noctis filia qua

שֶׁבִּן-לַיְלָה הָיָה וּבִן-לַיְלָה אָבָד

חַסְתָּ) *Secunda persona præteriti in Kal Quiescentium Ajn Vau, sicut* שַׂמְתָּ, *p. 105. 5. licet hîc videri possit præteritum pro præsenti positum. Prima est* חָס pepercit. *Construitur cū* עַל. *Radix est* חוּס parcere, misereri, dolere; *quæ æquiuocatio facit, ut hoc idem verbum paulò pòst repetatur, sed significatione nonnihil diuersa.*

עָמַלְתָּ) *Secunda persona præteriti in Kal perfectorum sicut* פָּקַדְתָּ, *p. 61. 13. prima persona (quæ & Radix,) est* עָמַל laborauit.

בּוֹ) ב *seruile cum affixo tertia persona, p. 238. 3. Caret dagesch leni propter* ה *quiescens, quod continetur virtute in præcedente camets ultimo, p. 22. 20. Porro in hac phrasi,* hedera אֲשֶׁר לֹא-עָמַלְתָּ בּוֹ qua non laborasti in ea, *Affixum illud in voce* בּוֹ, *Latinis superfluū est, ut in Syntaxi p. 315. 4. diximus.*

גִדַּלְתּוֹ

גִּדַּלְתּוֹ) *Verbum* גִּדֵּל *in Piel* fecit crescere. *Secunda persona habet* גִּדַּלְתָּ *cum affixo tertiæ personæ* גִּדַּלְתּוֹ *sicut à* מְסַרְתָּ dicim⁹, מְסַרְתּוֹ, *p.* 222. 17. *Nam in Piel chiric sub prima semper manet.*

שֶׁבִּן־) ש *seruile est, pro* אֲשֶׁר, *p.* 240. 20. בִּן *in regimine singulari ab absoluto* בֵּן filius, *p.* 212. 7. *per metaphoram eleganter etiam de rebus inanimis dicitur, ut hoc loco de* קִיקָיוֹן *quæ vox, cùm Hebræis sit masculina, etiam nomina, uerba, affixa item masculina requirit, quæ tamen nos propter nomen* hedera *fœmininum, fœminine reddimus. De* בֵּן *plura capite* 1. *versu* 1.

לַיְלָה) *Nomen cum* ה *paragogico, p.* 250. 2. *Nam aliàs dicitur* לַיִל nox.

אָבָד׃) *Radix & præteritum in Kal sicut* מָכַר. *Non enim in hoc tempore differt à perfectis. Patach penultimæ literæ mutatur propter soph pasuc in camets, p.* 271. 8.

Versus XI.

magnam ciuitatem Niniuen super parcam non ego Et

וַאֲנִי לֹא אָחוּס עַל־נִינְוֵה הָעִיר הַגְּדוֹלָה

myriadibus duodecim pra multum ea in est qua

אֲשֶׁר יֶשׁ־בָּהּ הַרְבֵּה מִשְׁתֵּים־עֶשְׂרֵה רִבּוֹ

suam dexteram inter discreuit non qui hominis

אָדָם אֲשֶׁר לֹא־יָדַע בֵּין־יְמִינוֹ

multa bestia & suam sinistram ad

לִשְׂמֹאלוֹ וּבְהֵמָה רַבָּה׃

אָחוּס) *Futurum prima persona in Kal Quiescentium Ayn Vau, sicut* אָשׁוּם, *p.* 105.

יֶשׁ־) *De hac voce vide p.* 216. 17. *Habet segol propter Maccaph, p.* 271. 16.

בָּהּ) *Seruile* ב *cum affixo fœm. tertiæ personæ. p.* 238. 3.

הַרְבֵּה) *Adiectiuum omnis generis, ubique inuariatum. Hic cum* מ *seruili sequentis dictionis comparationi inseruit, p.* 311. 11. *Est enim sensus*: in Niniue plures esse, quàm duodecim myriades hominum. *Sumitur etiam* הַרְבֵּה *aliquando aduerbialiter pro multum, p.* 182. 6.

מִשְׁתֵּים־עֶשְׂרֵה) מ *seruile est, p.* 239. 11. *Reliquæ duæ dictiones sunt cardinalis numeri, pag.* 286. 3.

רִבּוֹ) *Item numeri Cardinalis, de quo p.* 289. 14.

אָדָם) *Vox singularis, licet hoc loco, ut aliàs sæpè, collectiuè sumatur pro plurali,* homines, *p.* 32. 9.

יָדַע) *Præteritum pro præsenti positum, & Radix Quiescentium Pe Iod, p.* 97. 20.

בֵּין) *Præpositio p.* 183. 13. *quæ interdum geminata*

nata est, ut בֵּין אֱלֹהִים וּבֵין אָדָם Inter Deum & hominem. *Interdum sola, sequente plerumque* ל, *ut hoc loco, ubi sensus est*, inter dextram suam & sinistram suam, *id est*, inter bonum & malum. *Radix est* בין.

יְמִינוֹ) *Substantiuum* יָמִין dextra, *cum affixo tertia persona. Radix est* ימן.

לִשְׂמֹאלוֹ) *Substantiuum* שְׂמֹאל *cum* ל *seruili significante* ad, *& affixo tertiæ personæ. Radix est* שמל.

רַבָּה) *Adiectiuum fœm. à masculino* רַב *de quo versu 6. cap. 1.*

בְּהֵמָה) *Substantiuum fœm. de quo versu 7. cap. 3.*

LAVS DEO OPT. MAX.
Deiparæq; Virgini MARIÆ.



ERRA-

Errata sic corrige.

Pag. 6. v. 19. lege חָסֵף. *10. 25.* רָבוּ. *18. 9.* הַמִשְׁחָר. *19. 12. post* possunt, *adde* quãuis non semp habeãt. *Ibi. 19. 24.* בְּצַע. *20. 17.* חֻבָּה. *26. 13.* מַצָּה. *31. 3.* מָגֵן. *32. 5. ala. 32. 15.* חַיִּים. *33. 6.* מְקוֹם. *40. 6. ca. 3. 45. 25.* יוֹחָנָן. *49. 23.* לְהַגָּה. *ibi. 24.* מַתְּנָה. *51. 26.* תּוֹרָתָן. *62. 11.* יִמְסֹר. *73. 22. illamq́ue, 79. 6.* מְסַרְתֶּם תֵּן. *86. 5.* תֵּם תֵּן. *ibid. 21.* הַשְׁלֵךְ. *88. 5.* הִתְמַסַּרְתֶּם תֵּן. *94. 22. post verbum* dixit, *adde, Idem patach propter pausam transit in tsere, Ps. 1. 6.* תֹּאבֵד peribit. *99. 14.* רֹדֶה. *100. 16.* תָּשֵׁב. *107. 12.* וַתָּנָה. *108. 6.* נְשׁוּמוֹתַי. *111. v. ult.* תְּקוּמָנָה. *119. 15. dele,* à. *Ib. 16.* בְּהִנָּבְאוֹתוֹ. *131. 20.* וְאָצַל. *137. 4.* תְּחִיִּין. *146. 5.* נָסַע. *147. v. penult. lege, Ob* ה. *150. 17.* נִבְקַה. *151. 1.* יִשׁוֹמוּ *deuastabuntur. & v. penult.* יֵאת אָאת. *153. 15.* גוֹלְלָת. *155. 3.* הִדֵּק. *159. 22.* יָקֵן. *162. 24.* יוֹצָא. *181. 14.* בִּלְתִּי. *183. 13. adde* בְּשֶׁל *propter. 186. 1. Cap. 9. 190. 5.* דְּבָרוֹ. *192. 3.* סִפְרוֹ *liber eius. 210. 11.* קֵן. *212. 25.* חַטָּאי. *213. 14.* יָדַיִם. *ibid. 24.* כְּלָיָה. *223. 5.* הִשְׁבַּעְתָּנוּ. *228. 5. pro* inuenient, *dicendum,* capient. *231. 24.* קִנִּית. *Ibid. v. 26.* קִנְיָנוֹת. *234. 23.* הִנֵּךְ. *235. 10.* אֵיךְ. *& 16.* בְּלֹא. *243. 8.* וַעֲצָר. *ibid.* וְעָיִר. *249. 23.* אֲלִיהֻמָה. *250. 1.* גְּרוּתְיָה. *251. 5.* חַי *pro* חִנָּם. *256. 6. iudicabunt. 257. 13.* הַכְלָמַנוּם. *260. 13. impropeиiũ. 265. 21.* קַרְחָא. *& 22.* סְגוּלָה. *266. 1.* שְׁאֵילָא

a פִּרְקָא.268.23. לַיְלָה. *271.5. pro prioribus, ponendum* præcipuis. *272. 19.* לֹא-אָמַר. *275. 11.* וְהַנַּעַר. *276. v. penult. vidi Dominū. 278. 19.* מִמַּלְכוּת. *281.6.* וכרוממה *vnromemah. 282.13.* כרותם. *286. 2. masc.* אֶחָד *290. 1.* אֶלֶף *.2.* רִבּוֹ. *3.* רְבָבָה. *8.* אַרְבַּע. *292. v. ult.* שְׁתַּיִם. *293.2.* שְׁתַּיִם. *294. 6.* מֵאָה. *19.* וּמֵאָה. *296.23.* שִׁשִּׁיָּה. *301.19.* אָב. *315.10. lege Ps. 19.4. 316.4.* שֶׁאַהֲבָה. *317.14.* שִׁפְחָתְךָ. *319. 15.* יְהֶרְסֶךָּ. *320. v. 6.7. viuentis videntis me. 326. v. antepenult. omissum,* Poteſt tamen videri non minùs probabile, voculam את etiam nominatiuo iungi. *330. v. 3. in teſtifi. dele,* in. *331. 2.* גְּאֻזְּ. *332.13. veluti* ו. *333.9.* כִּי. *336. 6.* לְהַמְדַּבֵּר *Ib. 7.* מֶלֶךְ. *337. 1.* כּוֹכָבִים. *342.13. poſt iſta:* vſque ad verba Iob, *inſeratur,* apud Hebræos proſa oratio eſt. Porro à verbis Iob. *&c. 345.3.* עָמוּד. *350.2. Poëſeos. 352.7. ſic ſcribendū:* Quod longis, vt iam inſinuatū, adiungit vnam, &c. *353.14.* יֵלֵךְ בְּדֶרֶךְ. *356. 9.* עֲוֹנֵינוּ. *359. 1. & 4.* נְאֻגְרוֹת. *364. 2. Dicolon. 372. 11. pone p. 187.14. 376.7. pone p. 236.2. 377. v. 2.* אָנִיָּה. *381. v. 23. pone, pag. 241. 383.14.* לָנוּ. *409. 19.* וַאֲנִי. *410.2.* שֹׁמֵר *4.25. 16. pone 181. 9. 427.22.* חַיִּין. *430. 1. pone, Hæc vox* קִיקָיוֹן *(à Radice* קיק *) 432.3. & a-ſtuauit.* Minutiora facile erit corrigere.

